Inc. ~~354~~
423

# [illegible]nes ſup orationem do[illegible]cam ſingulas dictiones in ea cõtentas abundãtiſſime declarãtes. Compoſiti per fratrẽ Guillermũ religioſum Hilacẽſis cenobij.

BIBLIOTHECA NACIONAL DE LISBOA


BERCHTOLDVS R

2

Incipit plog⁹ i ſmões expoſitiuas orõniſ dñice fr̄is Guill'i quõdã ſimplicis cordati pauperculi diſcalciati: ac cõtẽptibilis denudati ſapientiſſimoꝝ rudiſſimi: electoꝝ infimi ⁊ minoꝝ minimi. nũc vero monachi bilacenſis cenobij.

Reuerendo patri in chriſto domino G. diuina ꝓuidẽtia lauſañ. epo. Frater guill'us humilis monach⁹ bilaceñ. obediẽtiã debitã ⁊ deuotã. Reuerẽde pater cũ ob p̃ces ⁊ reuerẽtiã veſtrã miniſter fratrũ minorũ in burgũdia: poſt trãſmigrationem meã factã de ordine beati franciſci ad ordinẽ beati benedicti: ſpe et deſiderio magis proficiẽdi: miſerit mihi litterã dimiſſoriã concedẽs vt in eodẽ ordine beati bñdicti remaneã. hac cõditione adiecta. Vt preſũptuoſe nullomõ audeã ꝑ ſe predicare: niſi per ipm vel ꝑ aliquẽ de ſucceſſorib⁹ ſuis predicta conditio reuocet'. q̄uis non deberet vocari preſũptio: ſi ſup h̊ obedirẽ precipiẽti prelato. Ego tñ hac cõditiõe cõſtrictus ex q̊ predictã dimiſſoriã recepi: a p̃dicationis officio penitus me retraxi Juxta verbũ prophete dicẽtis. Obmutui et

humiliatus ſū ⁊ ſilui a bōis. Et alibi. Erit
mutus nec q̄ſi vir obiurgās: quia domus
exaſperās ē. Et alibi dr̄ de mei ſimilib⁹ et
de me. Canes muti nō valētes latrare. Ue
rū: qꝛ ſicut euāgeliū teſtat̄. Seruus piger
et iutilis ꝑpter talētū in terra abſcōditū
a dn̄o condēnat̄. Et ſapiē. dicit Sapientia
abſcōdita et theſaurus abſcōdit⁹: q̄ vtili-
tas in vtriſqꝫ: Hic eſt ꝙ quia nō audeo vel
nō poſſū ꝟbotenus populo p̄dicare: p̄dica
bo ſaltem i ſcripto. Et quia nō poſſū vl̄ nō
audeo offerre deo in medio eccleſie ſue ſa-
piētie aurū vel eloq̄ꝫtie argentū. offeraꝫ ei
ſaltem clāculo fragile pergamenū: ad in
ſtar pauperū hebꝛeoꝝ qui ad operimētuꝫ
tabernaculi nō valētes offerre purpurā ⁊
biſſum: offerebāt pelles capꝛarū. Si ei nō
poſſū ad altare dn̄i offerre multiplicē ma-
nipulū. nunq̇d offerre debeo ſaltim vnuꝫ:
dicēte poeta. Eſt quoddā pꝛodire ten⁹ qđ
non valet vltra. De talēto igr̄ ſcienciole a
dn̄o deo mihi date: ſuper oꝛōnē dn̄icam q̄
incipit Pater noſter q̄ es in celis ſanctifi-
cet̄ nomē tuū. ⁊c̄. Opuſculū quidē p̄dica-
bile cōpendioſū ⁊ facile ad honoꝛeꝫ dei et

vrī.et ad vtilitatē ſacerdotū ſimpliciū cō
pilaui:et veſtre dn̄ationi trāmiſi.Re.p.v.
humiliter ſupplicādo: vt qđ in eo reprehē
ſibile vel minus bn̄dcm̄ videritis:miſicor
diter corrigatis.et qđ approbabile fuerit
approbetis.ꝛ ſi penitus vtilitate caruerit
ꝑpetuo ſilentio ſuppmi iubeatis. Ualeat
veſtra venerāda pn̄itas in dn̄o nūc et ſē
per.Amen. Finit prologus.

Incipiūt ſermones orōnis dominice
expoſitiue: fratris Guillermi quondam
ſimplicis cordati.ꝛc. Sermo primus

Ater noſter qui es in celis ſanctifice
tur nomē tuum Adueniat regnū ꝛc.
Cariſſimi petierūt apl̄i a xp̄o vt docēt eos
orare. Et dn̄s rn̄dit eis. Cū oratis dicite.
Pater noſter ꝗ es in celis ſanctificet nom̄
tuū.ꝛc.Mathei.vi.Luce.xi.Et ſciendū
ꝙ in hac oratiōe ſūt due partes.In quarū
prima docet nos dn̄s more boni ioculato
ris volentis alicui magto placere. vel mo
re boni aduocati volētis aliquā gratiā im
petrare a iudice: vel more pauperis petē
tis elemoſinā a diuite. Docet igr̄ nos pmo
eius beniuolētiā acqrere ipm laudādo.et



Inc. 357

hoc facit cū dicit. Pater noſter qui es ī ce-
lis. In ſecūda parte docet nos ei indigēti
am noſtrā oñdere ab ipſo neceſſaria poſtu
lando. Et hoc facit cū dicit in reſiduo orō
nis dñice. ſanctificet̄ nomen tuū. ꝛc̄. vſqꝫ
ad finē. Primo dico ꝙ docet nos beniuolē
tiam dei acquirere ipm̄ laudando cū dicit
Pater noſter qui es in celis. Sciēduz eſt
igr̄ ꝙ hic laudat̄ deꝰ duplici laude. Primo
enī laudat̄ laude gñali reſpectu vniuerſo
rū cū dr̄ Pr̄ nr̄. ipē ē enī pr̄ nr̄. id ē oīm cre
aturaꝝ. qꝛ ipē et nos ꝛ oēm creaturā ꝯdi-
dit: q̄s diſponit gubernat ꝛ cuſtodit. Pro-
pter qđ dic̄ ī euā. mathei. xxiij. Prēz noli-
te vocare voƀ ſup terrā: qm̄ pr̄ veſter vnꝰ ē
in celis. Scđo laudat̄ laude ſpeciali reſpe
ctu iuſtoꝝ cū dic̄ q̄ es ī celis. i. in hoībꝰ iu-
ſtis q̄ dicunt̄ celi ſic̄ poſt ea videbr̄. qꝛ hn̄t ī
ſe ſpecialiter bōas ꝓpetates q̄ ī celis repe
riūtur. ps. x. Dn̄s ī tēplo ſctō ſuo dn̄s ī ce-
lo ſedes eiꝰ. Itē eſaye. lxvi. Celū mihi ſe-
des ē. Iſtud tēpluz ī q̄ colit̄ ꝛ hitat dn̄s: et
iſtud celū ī q̄ ſedet deꝰ ē aīa iuſti. ꝙ enī niſi
iuſtꝰ ſit tēplū dī. oñdit apl̄s q̄ dic̄. pma coꝝ
iij. Tēplū dei ſcm̄ ē qđ eſtis vos. ſi q̄s ꝯ vio

lauerit tēplū dei diſpdet illū de⁹ Tēplū di
violāt q̄ corda ꝛ corpa q̄ ſūt tēpla di p pcm̄
inq̄nāt. Tēplū eī di dr̄ violari effuſiōe ſan-
guis hūani. Pctā maxīe carnalia vocant̄
ſāguis. ſm illud. ps. l. Liba me de ſāguib⁹
id ē d pctis. Et i oſee. iiij. Sāguis ſāguinē
tetigit. i. pctm̄ pctō cōtinuatū fuit. Itez ꝙ
aīa iuſti ſit ſedes dei. oñdit ſalomō qui di-
cit. Anima iuſti ſedes eſt dei. Sic ergo lau
datur de⁹ primo laude generali reſpectu
oīm creaturaꝝ cū dicit̄ pr̄ noſter. Et ſcdo
laude ſpeciali reſpectu aīaꝝ ſcāꝝ cū dicit̄
qui es i cel. [Modo videam⁹ de. j. parte.]
Sciēdū ꝙ. vj. modis dr̄ dn̄s de⁹ pr̄ nr̄. id ē
rōne creationis: educatōis: redēptiōis: e-
ruditiōis: caſtigatiōis: ꝛ hēditatiōis. [De
hominis creatione. Primo dico ꝙ de
us dicitur pater noſter ratione creatiōis.
quia omnes creaturas ipſe creauit. id eſt
de nichilo fecit. Et ideo omnis creatura
debet eum adorare et colere et diligere ſi-
cut faciebat apoſtolus qui dicebat. Fle-
cto genua mea ad deū et patrem dn̄i nr̄i ie
ſu xp̄i ex q̄ oīs pr̄nitas ſiue ī celo ſiue ī ter-
ra noīat̄. ephe. iij. Bn̄dicit oīs paternitas

quia creari id eſt de nihilo fieri nõ poteſt
aliq̄s niſi a patre ſolo celeſti. et ratione cre
ationis ip̄e eſt pr̄ creature vniuerſalis: et
terrene ⁊ ſpecial' ⁊ celeſtis. Et ſm̄ hoc cre-
ature poſſūt ſe inuicē fratres ⁊ ſorores vo
care. Sed licet deus ſit rõne creationis pr̄
oīm: tamen quodā ſpeciali modo eſt pater
creaturarū rationabiliū. id eſt angeloꝝ ⁊
hoīm quos ip̄e ad ymaginē ⁊ ſimilitudinē
ſuā condidit: et q̄bus cognitionē ſui d̕dit
et ad percipiēdū ſuā eternā beatitudinez
ordinauit. ⁊ īter ratiōales creaturas nos
q̊dāmodo ſpeciali poſſumus ip̄m patrē vo
care. Exēplū. Quia ſicut figul⁹ ꝓprijs ma
nibus format vaſculū de luto. ⁊ ſicut mu-
lier ꝓprijs manib⁹ format ī fiſcellā caſeuz
de lacte coagulato. Sic ipſe cõpegit et for-
mauit corpus noſtruz et oīa mēbra noſtra
decē menſiū ſpacio in matrū nrãꝝ vtero.
et poſt hec īfudit corpori noſtro ſpm̄ viuifi
cātē quē creauit de nichilo. Et hoc ē de q̄
iob quaſi bonus fili⁹ gratias agebat patri
celeſti q̄ dicebat. Job. x. Man⁹ tue dn̄e fe-
cerūt me ⁊ plaſmauerūt me totū in circui
tu. Manus dei ſūt ſua potētia: ſua ſapiē-

5

tia ſua bõitas. Sequit᷑ iob ibidē Memēto queſo ꝙ ſicut lutū feceris me et ī puluerez reduces me Nōne ſicut lac mulſiſti me aut ſicut caſeū me coagulaſti? Pelle ꝛ carnibꝰ veſtiſti me: oſſibus et neruis cōpegiſti me vitā ꝛ miam tribuiſti mihi. Nō eſt mēbꝛuz nō eſt neruꝰ: nō ē vena: nō ē capillꝰ non ē vngula in hoīe q̄ nō clamet ſibi ꝙ multum debet patrē iſtū diligere. qꝛ ſine iſto patre vt dr̄ ī euāgelio. Mathei. v. Ipē hō nō poteſt capillū albū aut nigrū facere. nec pōt ad ſtaturā ſuā addere cubitū vnū. Et ido ille pr̄ eſt honoꝛādꝰ ſicut pater q̄ oīa dedit. et timēdus ſicut dn̄s q̄ oīa auferre pōt q̄ci to ſibi placuerit. Et hoc ē quod ipē dicit ꝑ ꝓphetā malachiā. Malachi. j. Filius honoꝛat patrē ſuū: ꝛ ſeruꝰ timet dominū ſuū ſi ḡ pater ego ſū ꝛ dn̄s. vbi eſt honoꝛ meus et timoꝛ meus? Et vere nō eſt mirū ſi ꝯq̄rit᷑. quia ipē habet mltos ꝑuos filios: q̄ nec ipſum honoꝛāt nec timēt. ſ᷑ ipm̄ tota die ſuis maleficis inhonoꝛāt ꝛ exaſperāt. et ſeruitium eiꝰ ꝓpter ſuitiū ſui aduerſarij ꝛ ſui ꝓditoꝛis. id ē diaboli repudiāt. Propter qd̄ talibꝰ filijs ꝑuerſis et degeneribus ꝛ ing=

tis improbat pr̄ celeſtis p os moyſi dicēs. Deut. xxxij. Gn̄atio p̄ua atq; puerſa hcine reddis dn̄o pl'e ſtulte et īſipiēs. nūquid nō ip̄e eſt pr̄ tu⁹ q̄ poſſedit te ⁊ fecit et creauit te. Et ſeq̄tur ibidē. Deū q̄ te genuit dereli quiſti: ⁊ oblitus es dn̄i creatoris tui. Ecce magna īgratitudo derelinq̄re genitorē ſu uz et obliuiſci creatorē ſuū. Genuit te de⁹ qn̄ et patrē gn̄antē et matrē cōcipientē ti- bi pparauit. Genuit corpus tuū qn̄ ex lu- to humani ſeminis ī vtero formauit. Ge- nuit qn̄ formato corpore aīam viuificātez īfudit Genuit qn̄ ergaſtulo materni vteri in ortu tuo viuū te pduxit. Quare ḡ geni torē dereliq̄ſti ⁊ oblit⁹ es dn̄i creatoris tui Sed q̄ris quomō dereliq̄ſti: quomō oblit⁹ ſū ego: Rn̄deo. Ip̄e ē ṽitas: ipſe ē mīa: ipſe eſt ſapiētia. q̄ ſit ṽitas teſtat̄ ipſemet qui ī euāgelio io. xiiij. dicit. Ego ſū via et ṽitas et vita. q̄ ſit mīa. teſtat̄ pph̄a dauid q̄ dicit p̄s. lviij. Deus me⁹ mīa mea. Et iob. xxxj. in pſona xp̄i ait. Ab īfantia creuit mecuz miſatio. ⁊ de vtero matris mee egreſſa eſt mecū. q̄ ſit ſapientia teſtatur ap̄lus qui di

cit p̄ma cor̄.j.xp̄m dicimus dei virtutem
et dei ſapientiā. Qui ergo relinq̄t et obli-
uiſcitur v̄itatē ꝓpter mendaciū. qui reli-
quit et obliuiſcit̄ mīam et caritatem et o-
pera pietatis propter duriciaꝫ cordis ſui.
vel propter rancorē et odium. qui relinq̄t
et obliuiſcitur ſapientiam dei ꝓpter ſapi
entiam mundi et ꝓpter acquiſitionē rerū
terrenarum et honorū tranſeuntiū. profe
cto reliquit et obliuiſcitur deū. Re v̄a. Il
le cōtemptus et illa obliuio regnat hodie
quaſi in toto mundo. Propter quod com-
minatur dominꝰ nobis per Ozeā prophe
tam dicēs. iiij. capitulo. Audite verbum
domini filij iſrael. quia iudicium domini
cum habitatoribus terre. Non eſt enim ve
ritas non eſt miſicordia: et non eſt ſciētia
dei in terra. maledictum et mendatium et
homicidium et furtum et adulterium inū
dauerūt. Et ſanguis ſanguinē tetigit. id ē
poſtvnum peccatum ſtatim curritur ad a-
liud. Et nota q̄ dicit inundauerunt ga
lice ſūt foras riui. id ē ad modū fluīs inū-
dātis qđ exit ex̄ ripas ſuas ꝑ totū mūduꝫ

ſe differunt. Et hec ſūt mala opera noſtra quibus nos ſicut mali filij et degeneres exaſperamus et cōtennimus et derelinquimus ꝛ obliuiſcimur patrē noſtrū celeſtem qui ideo creauit nos vt eū diligeremus et ei ſeruiremus: et ab offenſa eiꝰ caueremꝰ. vt ſic participes ſue beatitudīs effici mereremur. Sed ip̄e bene poteſt de nobis dicere illud. p̄s. xiij. Obliuioni datꝰ ſū tanq̄ʒ mortuus a corde. Et nos poſſumus dicere illud. p̄s xliij. Obliti ſumus nomē dei nr̄i. et ſi expādimus manꝰ noſtras ad deū alienū: nōne deus requiret iſta: ip̄e eni nouit abſcōdita cordis. Manus ſuas ad deū alienū expandit: q̄ aliquē rem pluſq̄ʒ deum diligit. Vnuſq̄ſq̄ʒ eni illā rem quā plus diligit deū ſuū ꝯſtituit. Sic ḡ patet qualiter deus eſt pater noſter ratione creationis.

De dei educatione.

Secūdo dico ꝙ ip̄e eſt pater noſter ratione educationis: quia ip̄e eſt q̄ dat eſcā omī carni. id eſt oī creature viuēti. Propter qđ dicit in euāgel'o. mathei. vi. Reſpicite volatilia celi. nō ſerunt nec metūt neq̄ʒ cōgregāt in orrea. et pater veſter celeſtis paſcit ea. Volatilia celi ſūt

ad litterā aues volātes in aere vel volati-
lia celi ſūt viri cōtēplatiui vel religioſi q̄ p
meditationē et deſideriū volāt ad celum.
q̄s ipſe paſcit ⁊ nutrit de aliorū labore abſ
q̄ ſua ſollicitudine. ſicut volucres q̄ ſūt in
aere. Uel volucres celi ſūt ſuperbi huius
mūdi. id eſt mali p̄lati ⁊ p̄ncipes terreni ⁊
vſurarij: q̄ non volūt hic laborare. ſ; labo-
rabūt ieternū. quos tn̄ dn̄s paſcit. q̄ꝛ pau-
perū ſudore et ſanguine paſci permittit. ſ;
in futuro eſurient. Quia ſicut dicit̄ in cā
tico. Deutro. xxxij. Cōſumētur fame et de
uorabūt eos aues morſu amariſſimo. id ē
demones q̄ etiā vocantur volucres celi: q̄ꝛ
ceciderunt de celo. quos etiā ille pr̄ paſcit
quia aīabus maloꝝ q̄s cotidie ad infernū
pertrahūt: paſci et delectari pmittit. Bn̄
ergo poſſum⁹ eū vocare patrē ratione edu
cationis. quia ipſe nutrit bonos et malos
et multa beneficia p̄ſtat ingratis. Ipſe ei
ꝓducit nobis aues aeris et piſces maris
et flumis. fruges camporū: fructus arbo-
rū ꝓpter nutrimētū nr̄m. et mittit quoti-
die ſolis calorē et pluuie humorem ꝓpter
terre fecūditatē: ad bonorū et maloꝝ edu

cationē. Unde ipſe dicit in euā. mathei. v luc. vi. Diligite īimicos vr̄os. bn̄facite hiſ q̄ oderūt vos: ꝛ orate ꝑ pſequētib⁹ ꝛ calū niātib⁹ vos. vt ſitis filij patris vr̄i q̄ fac̄ ſo lē ſuū oriri ſuꝑ bonos et malos: ꝛ pluit ſu per iuſtos ꝛ īiuſtos. Boni filij ſūt q̄ patris hui⁹ bn̄ficia recognoſcunt. et qꝛ ſine ipſo vno momento viuere nō poſſūt. Ideo eū toto corde diligūt. et totū corp⁹ ſuū in ei⁹ ſeruitio expendūt. Mali v̊ filij ſūt multi q̄ patris hui⁹ bn̄ficia nō recogitāt. ſ; de reb⁹ temporalib⁹ et de bonis nature et fortune que dedit eis ip̄m continue offendunt et impugnāt. De quibus ipſe cōqueri꜋ ꝑ os yſaye dicēs. j. ca. Filios enutriui ꝛ exalta ui: ipſi aūt ſpreuerunt me. Sunt enī ſicut equus nimis pīguis qui proiicit ad terrā dn̄m ſuū. et ſicut thaurus indomitus q̄ nō poteſt ferre iugū. Unde in cātico deuthro xxxij. dicitur. Incraſſatus eſt dilect⁹ et re-calcitrauit īcraſſatus īpinguatus dilata-tus. dereliquit deū factorē ſuū. et receſſit a deo ſalutari ſuo. Incraſſat⁹ terrenis bo-nis ideſt frumento vino et oleo: dilatatus honoribus et diuitijs auro et argento. ꝛ iō

dereliquit. Re vera. hec eſt magna incurialitas et ĩgratitudo. q̃ ipſe pater nr̃ celeſtis q̃ paſcit nos bono pane et bono vino. et nos paſcim⁹ eũ felle et aceto. Cibus ci ſu⁹ ſũt bõe cogitõnes locutõnes et operatõnes nr̃e in q̃bus ip̃e delectat̃. ſicut famelic⁹ qñ bono cibo reficitur. Sed huic cibo dei fel ⁊ acetũ miſcem⁹: qñ bona opera in peccato mortali facim⁹. qñ ipſuz admixtionẽ carnalitatis ⁊ cupiditatis inuidie odij et rancoris amaricam⁹. Ita q̧ ip̃e poteſt de nob̃ dicẽ. Ego cibaui et potaui eos frumẽto vino et oleo lacte et melle ⁊ butiro. et in ſacramẽto altaris cibo ⁊ poto eos quotidie corpore et ſanguine ꝓprio. Ipſi aũt dederũt ĩ eſcã meã fel: ⁊ ĩ ſiti mea potauerũt me aceto. Et h̃ ẽ ſitis quã ip̃e patiebatur in cruce qñ clamabat ſitio. io. xxiiij. Nõ enĩ ſitiebat vinũ aut aquã. ſꝫ fidẽ et ſalutem noſtram Sic ergo patet qualiter deus eſt pater noſter ratione educationis

De mundi redemptione.] Tertio dico q̧ ipſe eſt pater noſter ratione redemptiõis Quia cum primorum parentum debito eſſemus oĩs adiudicati ĩfernali ergaſtulo.

ipſe ſicut pater pius redemit nos ſanguie
proprio ꝑ nobis ī cruce fuſo. ſicut dicit be
atus petrus in epl̃a. ꝓma. petri. j. Nō cor-
ruptibilibus auro ⁊ argento redēpti eſtis
de vana veſtra cōuerſatione paterne tra-
ditionis. ſ; precioſo ſanguine agni īmacu-
lati ⁊ incōtaminati ieſu xp̄i. Nota qꝺ di
cit de vana veſtra cōuerſatione. quia an-
teq̄ꝫ xp̄us perſolueret pro nobis hoc preci-
um: vana erat noſtra cōuerſatio. quia per
nulla opera ꝑ nullū preciū poteramꝰ eme
re paradiſū. Et hanc vanitatē trahebamꝰ
nos a patribus primis. ꝓpter qꝺ dicit pa
terne traditiōis. Sed iuxta pſalmiſte v̓bū
ꝑs. ciij. Quomodo miſeretur pater filiorū
miſertus ē dn̄s timentibꝰ ſe. qm̄ ipſe cog-
uit figmentū noſtrū Nota quod dicit timē
tibus ſe. quia licet paſſio xp̄i poſſit oēs re-
dimere q̄tum ad ſufficientiā. tamē ſolis ti
mētibꝰ deū ꝓdeſt q̄tū ad efficaciā. Itē nō
qꝺ ip̄e dicit qm̄ ip̄e coguit figmētū nr̄m. i.
fragilitatē nr̄am. qꝛ hūanū genꝰ erat ita
fragile: ꝙ in tota parentela ſua non pote-
rat īuenire aliquā perſonā: nec ī toto mū-
do aliquā creaturam q̄ poſſet facere redē-

 

ptionē iſtā donec deus pater miſit filiū ſu
umq̄ pro redemptione noſtra dedit ſe ipm
et ideo añ natiuitatē xp̄i eramus ī deſola-
tione maxima. Sz modo clamam⁹ cū aplo
ſcda cor. j. Būdictus de⁹ et pr̄ dñi nr̄i ieſu
xp̄i pater miar̄ et de⁹ totius cōſolatiōis q̄
conſolat̄ nos in oī tribulatiōe noſtra. Di-
co ḡ q̄ ipſe eſt pater nr̄ ratione redēptiōis
quia maius ſignū dilectionis nō poteſt a-
liquis pr̄ oñdere filijs q̄ʒ mori ꝑ ipſis. Vñ
in euan. iohā. xv. Maiorē hac dilectionez
nemo habet: q̄ʒ vt aīaz ſuā ponat q̄s pro a-
micis ſuis. Propter hāc teneritudinē amo
ris cōparat̄ ipſe nō ſolū patri ſed etiā ma-
tri carnali. quia matres ſolēt teneri⁹ dili-
gere q̄ʒ patres. Et vbi q̄ſo eſt mater que ita
tenere diligeret puerū ſuū infirmū vel ſor
ditatū. q̄ totū ſāguinē corporis ſui vellet
fundere ad faciendū balneū ꝑ ipſius pue
ri curatione ⁊ ablutione. Et certe iſtd bal-
neū parauit xp̄us generi humano. Quia
ſicut dicitur in apoca. j. Dilexit nos et la-
uit nos a peccatis noſtris ī ſanguine ſuo.
Et ꝑpter hoc dicit ipſe ꝑ os yſaye prophe

te.Eſa.xlix.Si poteſt obliuiſci mater vt ñ miſereatur filio vteri ſui.et ſi illa oblita fuerit: ego tamē non obliuiſcar tui. Nota ꝙ xp̄us facit ſicut pia mater q̄ recepit ſuꝑ propriū humerū ictū mortis q̄ꝫ deꝰ pr̄ volebat īferre filijs.id ē nobis.Propter hūc amorē tenerrimū quē habuit xp̄s ad genꝰ hūanū.ꝯparat ſe galline que p̄ ceteris auibus cōpatit̄ pullis ſuis.Ita vt ip̄is īfirmantibus īfirmet̄.ꝛ fiat voce rauca.plumis hiſpida.ꝛ d̄trahit ori ſuo alimenta vt tribuat illis.ꝛ extendit alas ſuas ſuꝑ eos vt p̄ſeruet eos ab ore milui ꝛ aq̄le ſeu accipitris.Sic xp̄us ꝑ nobis fuit infirmatꝰ qꝛ vere languores noſtros ip̄e tulit et dolores nr̄os ip̄e portauit. Plumis fuit hiſpidus.qꝛ ꝑ oēs corporis partes fuit flagellatus vulneratꝰ ꝛ cruentatus.et quādo facies ſua liuore et ſputis ꝛ ſanguīe cooꝑta et horrida facta nō habebat ſpeciē hoīs nec aliquē decorē,ſed videbat̄ eſſe leproſa Sic̄ eſayas ꝓpheta dic̄.liij.ca.Nō erat ei ſpecies neqꝫ decor.et vidimus eum et non erat aſpectus.Sequitur. Et nos putauimꝰ eū

quaſi leproſū ⁊ pcuſſū a deo ⁊ humiliatuȝ.
Uocē raucā habuit cū clamore valido et
lacrimis ſpm̄ emiſit. Ori ſuo alimenta ſub
traxit qn̄ in cruce clamauit ſitio: et felle et
aceto potatus fuit. Alas ſuper pullos ex-
tendit vt defenderet eos ab ore accipitris
quādo brachia in cruce extendit vt libera
ret nos de manu demonis. In quib⁹ alis
ↄfidebat ille q̄ dicebat. p̄s. lvj Miſerē mei
de⁹ miſerē mei: qm̄ ī te ↄfidit aīa mea. ⁊ in
vmbra alaꝝ tuaꝝ ſperabo donec tranſeat
īiq̄tas. Propt' has ↄditiōes ↄparat ſe dn̄s
galline. cū dicit ī euāge. mathei. xxiij. ⁊ lu
ce. xiij. Hirl'm quotiēs volui ↄgregare fili-
os tuos q̄admodū gallina ↄgregat pullos
ſuos ſub alas ſuas et noluiſti. Per hierl'm
intelligitur ibi ſynagoga cuius filios. id ē
iudeos īcredulos ip̄e voluit ↄgregare ī cor
pus ſuū qđ eſt eccl'ia. ⁊ h̄ ſb̄ alas ſuas. id eſt
ſub brachijs ſuis que extendit pro eis in
cruce. ſed ipſi noluerunt. quia in ip̄m cre-
dere noluerunt. Et ideo infernali accipi-
tri. id eſt dyabolo traditi ſunt. Item

propter hāc teneritudinē amoris: compa rat ſe xp̄s pellicano q̄ trahit ſanguinez de ſuo pectore ꝑ pulloꝝ mortuorū viuificati one. Unde ip̄e dicit in p̄s.c j. Similis fa ctus ſū pellicano ſollitudinis.id ē illi aui que habitat in ſolitudine.id eſt in deſerto quia ſicut auis fūdit ſanguinē ſup mortu os pullos vt viuificet eos.ſic ego fudi ſan guinē meū ꝑ filijs meis ꝑ oībus xp̄ianis vt ip̄os viuificarē.i.vt ip̄os a morte perpe tua liberarē ⁊ ad vitā ꝑpetuā reuocarē.et hoc in ſolitudine.id ē in cruce. q̄ ſolitudo dicit̄.q2 ibi fuit xp̄s ſolus a diſcipulis de relictus. Juxta illd ꝓph̄e eſaye.lxiij. Tor cular calcaui ſolus ⁊ de gētibus nō eſt vir mecū. Et i euan.math.xxvi. At illi oīnes relicto illo fugierūt. Sic ḡ patet qualiter xp̄s dr̄ pater nr̄ ratione creationis educa tionis et redēptionis.[In ſequenti ſermo ne dicem⁹ q̄liter ip̄e eſt pr̄ noſter rōne eru ditionis.caſtigationis et hereditationis] Nos rogabimus dn̄m vt det nos ita bene ficiū ſue creationis et nutritionis ac redē ptionis recolere: vt ſimus digni ad eius

eterna bñficia puenire Jp̄o preſtāte qui vi
uit et regnat deus in ſecula ſeculoꝝ.amē.

De dei doctrina. Sermo ſecūd⁹

Ater. Jn precedēti ſermone diximus qualiter de⁹ ē pater nr̄ rōne creationis nutritionis ⁊ redēptionis. Modo dicem⁹ q̄liter ip̄e eſt pater nr̄ rōne eruditionis caſtigationis et hereditationis. Dico ergo ꝙ ip̄e eſt pater nr̄ ratione eruditiōis. qꝛ ſicut pater docet filios ſuos: ſic ip̄e docꝫ nos. Docet inq̄ꝫ tribus modis. id eſt p occultas reuelationes. ⁊ ſic docuit ꝓphetas ſctōs q̄bus ip̄e reuelauit oīa vētura et docuit beatū iohānē euāgeliſtā cui ip̄e ī pathmos inſula relegato reuelauit oīa que pateret̃ eccleſia vſqꝫ ad diem iudicij. et oīs penas īferni ⁊ gaudia paradiſi. Qꝛ ſicut dicit ap̄lus. p̄ma coꝝ. ij. Spiritus oīa ſcrutatur etiam profunda dei. Docet etiā nos per intimas inſpirationes. et hoc mō docuit ſanctos ap̄los et doctores ecclīaſticos. et docet oēs xp̄ianos quid debēt credere. id eſt articulos fidei. quid debēt fugere. id eſt peccata et concupiſcētias mūdi. quid

debēt timere .id ē penas inferni.quid de-
bent deſiderare id eſt gaudia paradiſi.De
hoc modo dicebat dauid ꝓpheta quaſi bo
nus diſcipulus.ps.lxxxiiij.Audiam quid
loquatur in me dn̄s deus. Nobiſcū loquit̄
deus qn̄ aliqua bona volūtas vel ꝓpoſitū
penitēdi vel aliquod bonū faciendi imit-
titur nobis a deo. Docet nos per manife-
ſtas p̄dicationes et hocmō docet quotidie
in eccleſia fideles ꝑlos per p̄dicatores. q̄-
bus ip̄e dicit in euan.math.x. Nō eni vos
eſtis qui loquimi: ſed ſpūs patris veſtri q̄
loquit̄ in vobis.Docet ergo nos de⁹ pater
his tribus modis cuius verbū eſt dei fili⁹
lingua aūt ei⁹ ſpūs ſctūs. Dicit̄ aūt de⁹ fi
lius verbū dei patris.q2 ſicut verbū mani
feſtat loquētē: ſic xp̄s manifeſtauit nobis
deū patrē tanq̄ ſibi coet̄nū ⁊ ꝯſubſtātialē
ſicut apparuit qn̄ aplo philippo dicente ſi
bi.Johā.xiiij. Dn̄e oſ̄de nobis patrē.Rn̄-
dit.neſcis q2 ego i patre ⁊ pr̄ i me ē philip-
pe qui videt me videt et patrem.q2 ei equa
lis eſt patri ſm diuinitatem oſ̄dit cū dicit
in euange.iohā.xiiij.ca.Ego et pater vnū

ſumus. q̄ aūt ē minor patre ſm humanita tē oſtendit cum ibidē dicit. Pař maior me eſt. Item dicit̃ verbū patris fili⁹. id ē xp̄s quia verbū appellat̃ ꝓprie cogitatio hoīſ que eſt in eius corde. et ſicut verbū quod ē in corde hoīs id eſt cogitatio nō poteſt ma nifeſtari niſi induat̃ voce audientibus. ſic verbum dei id eſt filius dei qui erat īuiſi=bilis nobis in ſua deitate nō potuit mani=feſtari nobis donec indueretur carne. Jo han. j. Quando verbum caro factum eſt ⁊ habitauit ī nobis. Itē ſicut verbū quod ē in corde hoīs qn̄ cōiūgit̃ voci: totū tranſit ad q̄libet audiētiū. ⁊ totū remāet ī cord̕ lo quētis. ſic v̕bū dei. i. xp̄s qn̄ ꝯiūctū ē carni totus deſcendit ad nos: et totus remanſit in patre. q2 ſuū deſcēdē ad nos nō fuit ali=ud q̄ȝ illū q̄ ꝑus nob̄ īuiſibil' tot⁹ erat ī ſua deitate inter nos viſibilē apparere in ſua humāitate. Igitur xp̄us eſt verbum pa=tris per quod ipſe pater edocet nos et ver bo et facto. ſicut dicitur actuum primo. Cepit ieſus facere et docere. Et ſancti di=cunt q̄ oīs xp̄i actio nr̄a ē inſtructio. Ver=

buȝ ergo patris celeſtis quo ipſe docȝ nos
eſt filius. Et lingua eius eſt ſpūs ſanctus.
quia ſicut pater docet filios mediante lin=
gua. ſic pater docet nos ſpūs ſcti gratia. ⁊
in figura huius ī die pentheco. ſuꝑ apl'os
appuit ī liguis igneis ſp̄s ſcūs. actu. ij. Li
gua enī loquit̃. ignis vero lucet et ardet.
Et ꝑ hec tria ſignificabant̃ tria que fecit ī
apl'is ſpūs ſācti gratia. Illumīauit eī eos
ad ſciēdū ſcripturaꝝ veritatē. quod ſigni
ficabat̃ ī ignis ſplendoꝛe. Docuit idyoma
tū varietateȝ. quod ſignificabat̃ ī lingua=
rū multiplicitate. Inflāmauit eos ad dei
et ꝓximi caritatē. qđ ſignificabat̃ ī ignis
ardoꝛe. Dei ergo patris ligua eſt ſpūſſcūs
Docet aūt nos deus pater cū hac lingua.
id eſt cū ſpūs ſcti gratia. nō ſono vocis ex
trinſeco: ſed tactu coꝛdis intrinſeco. nec ꝑ
īterualla tp̄is: ſed ſolo nutu ſue volūtatis
quia eius docere ē ſolūmō cuȝ hac lingua
coꝛ tangere. Cum hac enim lingua. id eſt
cum ſācti ſpiritus gratia. Iſte pater cele=
ſtis tetigit coꝛ danielis pueri abſtinentis
et eū iudicē ſenuȝ ⁊ maioꝛū ac iudicū fe=

cit daniel' i.ꝛ xiij.Cor dauid pueri oppili=
onis tetigit ꝛ ꝓphetā ꝛ pſalmiſtam fecit
i.reg.xvij.Cor ſalomōis tetigit. et ei ſciā
ſup oēs mortales īfudit.iij.re.iij.Cor pau
li ſeuiſſimi pſecutoris ecl'ie tetigit.ꝛ docto
rē eccleſie fecit. act.ix.Cor mathei publi=
cani ꝛ theolonearij tetigit.ꝛ euāgeliſtā fe=
cit.math.ix.Cor piſcatorū videlꝫ petri et
andree et iohānis ꝛ iacobi tetigit.ꝛ apl'os
fec.ma.iiij.Eſt ḡ iſta lingua iſti⁹ patris ce
leſtis.cū qua q̄ꝫcito filiorū ſuoꝝ corda teti
gerit'ſtatī docꝫ eos qđ voluerit . ꝛ oē quod
eis expedire viderit. Sed q̄d docet pa=
ter celeſtis filios ſuos cū hac lingua. nun=
q̄d docꝫ eos ꝓxios ſuos decipe.tpalia mē
tiēdo acq̄rere: certe nō.ſꝫ docꝫ noſ pr̄ cele
ſtis cū hac lingua.id eſt p ſpm̄ ſanctū om=
nē v̄itatē.ioh.xvi.Quid ē omēꝫ veritatē:
id eſt v̄itatē vite.v̄itatē iuſticie.et verita=
tē doctrine. Ueritatē vite docꝫ omēs bo=
nos xp̄ianos bn̄ viuētes Ueritatē doctrīe
docet oēs predicatores ſctōs v̄bo ꝛ exem=
plo viā eterne vite ppl'm docētes.Uerita
tē iuſticie docet bonos prelatoſ eccleſiaſti

cos et bonos principes terrenos pplm ſi-
bi ſubiectū hñt iuſte regētes et munera nō
diligētes. nec pſonas hoim i iudicio reſpi-
ciētes. nec pce nec pcio nec amore nec tio-
re nec odio. a iuditio declinātes. In his
trib9. id eſt i vitate vite doctrie et iuſticie.
cōſiſtit omis veritas quā docuit aplos ſps
ſcūs a pre celeſti miſſus ſicut pmiſerat eis
xps. io. xv. Cū venerit inqt paclit9 ſpūs ſā
ct9 quez mittet pr in noie meo. ille docebit
vos omnē veritatē. Omēs ergo illi qui ha
bent hanc triplicē veritatē. ſunt filij di ab
ipſo edocti per linguā ſpiritus ſcti. quia ſi
cut dicit beatus ambroſius. Omne veruz a
quocūqz dicatur a ſpū ſancto ē. Sicut eni
omnis eſſentia eſt a ſummo et pmo ente qd
eſt deus. et omnis bonitas a ſummo et prio
bono quod eſt deus. ſic omnis veritas eſt a
ſummo et prio vero quod eſt deus pater et
filius et ſpiritus ſanctus. Illi autez qui
non habēt. nec veritatem vite. nec verita-
tem doctrine. nec veritatē iuſticie. nō hñt
linguaz ſancti ſpūs. ſed ſpiritus maligni.
nec ſunt filij dei ſed filij diaboli. Sicut iu-

deis reſiſtentib⁹ veritati vite doctrine ⁊ iu-
ſticie quã xp̃s predicabat ip̃e xp̃s dicebat
vos ex pr̃e diabolo eſtis ⁊ opa pr̃is vr̃i fa-
cere vultis.ioh.viij. Opus quippe pro
priũ diaboli eſt mẽtiri ⁊ reſiſtere veritati.
Propter qđ de eo dicit ꝙ ip̃e mẽdax ẽ ⁊ pr̃
eius.id eſt ip̃e eſt prim⁹ deſertor veritatis. ⁊
prim⁹ inuẽtor mẽdacij.⁊ omẽs deſertores
veritatis ⁊ amatores mẽdacij ſunt eius filij.
Et ꝓh dolor.qꝛ ip̃e habet multos filios
Nã multi ſunt q̃ deſeruerũt veritatẽ doctri-
ne.⁊ veritatẽ vite ⁊ veritatẽ iuſticie.Verita
tem doctrine deſeruerũt pagani iudei he
retici diuini ſortilegi. et omẽs q̃ docẽt vel
credunt aliã fidẽ quã docuerunt vel credi
derũt xp̃us et ap̃li ⁊ martires ⁊ cõfeſſores
et virgines ſancte et oẽs q̃ ꝑ ſuas ꝑſuaſio
nes inclinãt aliquẽ ad ꝯſenſum pctĩ.ſicut
ſunt ribaldi et vetule peſſime que incitãt
puellas ad proſtitutionẽ corpis. que ſunt
quedã lingue ĩmo quidã folles diaboli ꝑ
quos diabolus in cordib⁹ iuuẽcularũ ĩſuf
flat flammã carnalis incẽdij. Exemplũ.
Cũ quidã potẽs vellet habere aliquã puel

lam.miſit ad eā vetulaz.puella dicebat ꝙ
nō vult peccare ante oculos dī.vetula rn̄-
dit ꝙ hoc opus fieret de nocte ꝛ ꝙ deus nō
videret.ꝛ ſic decepit filiā.ij.thi.iij. De ta-
libꝰ deſertoribꝰ xitatꝭ dic aplus.ij.thi.iiij.
ꝙ in nouiſſimis diebus erūt hoīes ſeipſos
amātes et ſeqtur ibidē. Erit eniz tēpus
cū ſanā doctrinā nō ſuſtinebūt.ſed ad ſua
deſideria coaceruabūt ſibi magiſtros pru
rientes auribus.a veritate quidē audi-
tum auertent ad fabulas aūt cōuertent.
Tales ģ deſerūt doctrine veritatē Ue-
ritatē vite deſerūt oīs mali xp̄iani.q̄ nō
volunt imitari vitā xp̄i que tota fuit ī hu-
militate.in aſpitate.in pauptate.et ipī nō
querūt niſi honores ꝛ diuitias huiꝰ mūdi
ac delicias et ꝑpter hoc ipī ſunt mēdaces
et falſi.qꝛ mēdaciū eſt hoīem xp̄ianū voca
ri.ꝛ nō vitā xp̄i imitari. Uita eni xp̄i.oī
bus xp̄ianis ē via et ordo viuēdi.quare ſi-
cut dicit iohes apoſtolus ī eplā.i.ihis.ij.
Qui dicit ſe in xp̄o manere debꝫ ſicut ille
ambulauit ꝛ ipē ābulare. Itē hāc etiaz
vite veritatē deſerūt omēs ipocrite q̄ oſtē

 

dūt vite ſcītatē exteri⁹.⁊ pleni ſunt frau=
de et dolo interi⁹. Qꝛ ſicut dicit ābꝛoſius.
Omīs ſimulatio ⁊ duplicitas mēdaciū eſt
mendaciū eſt ſacerdotē vel clericū ſe ꝓfi=
teri et cōtraria huic oꝛdini opari. menda=
cium eſt habitū religiōis ꝑtendere et vitā
religioſoꝝ nō ducere. Mēdaciū eſt ad in=
ſtar diuitū interi⁹ abundare.⁊ exteri⁹ ad
inſtar paupū mēdicare. De hoc etiā vi=
tio dicit̃ in libꝛo patriarchaꝝ.ſup illō ver
bū.accuſauit ioſeph frēs ſuos crimīe peſ=
ſimo. geñ.xxxvij. Ibi dicit hugo ī libꝛo bē
iamin.vitiū qđ deus ſingl'r deteſtat̃.recte
ipocriſis ītelligit̃. Teſte auguſtino q̄ dicit
ſimulata eq̄tas nō eſt eq̄tas ſꝫ duplex iniq̄
tas. Etiā de hoc ſatis tractat filo in libꝛo q̄
ſtionū ſup geneſim. Igit̃ omēs hij deſerūt
v̾itatē vite. Veritatē iuſticie deſerunt
mali ꝑlati mali pꝛīcipes.mali iudiceſ.ma
li cōſiliarij.mali aduocati.et mali ꝑpoſiti.
mali caſtellani.⁊ mali ballini in quoꝝ cu=
rijs iuſticiā non poſſunt īuenire paupes ⁊
egeni. Et cui ꝑ potentiā vel ꝑ ſuā aſtutiaꝫ
vel ꝓpter munerū auariciā vel timoꝛe vel

amore vel odio alicuiꝰ ꝑſone ꝑuertunt ſen tentiā ſeu ꝟitatē iudicij. vel tantū differūt ſententias. ꝙ pauꝑes nō habētes vnde cō ducāt aduocatū relinquēt ⁊ quittāt rē ſuā Cōtra tales dicebat ietro ſocer moyſi Exo di. xviij. Elige tibi viros potētes ⁊ timē tes deū: in qbꝰ ſit veritas: ⁊ q̄ oderūt aua riciā ⁊ iudicent populū. Sed ꝓth dolor ho die verificat̃ ꝓphete auc̄tas q̄ dicit. Eſay. lix. capitulo. Corruit in plateis veritas Oēs ergo iſti qui deſerūt veritatē vel do ctrine vel vite vel iuſticie: nō ſunt edocti a pr̄e celeſti ꝑ liguā ſpūs ſctī: ſʒ ſunt edocti a diabolo ꝑ linguā ſerpētis antiq̄. ſicut fu erūt p̊mi parētes: nec ſūt filii dei ſʒ filii di aboli. qꝛ ſicut dicit ſctūs Ambroſiꝰ. Sicut oīm iuſtorū pr̄ eſt deus. ſic oīm malorū ſeu iniquorū pater eſt diabolus: nō creādo ſʒ decipiēdo. iō frēs nolite diaboluʒ habere pr̄eʒ. Pater iſte nō amat filios ſuos ſʒ odit Sic amat diabolus filios ſuos vt ꝑdat. Si cut lupus amat porcū vt comedat. Doctri na ergo huius patris id eſt diaboli dat fi-

liis ſuis mortem perpetuam. Sed doctri-
na patris celeſtis dat eis vitam eternam.
Teſte ſalomone qui ait in perſona patris
celeſtis Prouerbiorū pmo. Audi fili mi di
ſciplinam patris tui. id eſt dei vel prelati.
et ne dimittas legem matris tue. id eſt ſan
cte matris eccleſie. ſuſcipiat xba mea cor
tuum. cuſtodi precepta mea ꝛ viues. ſcilȝ
in preſenti vita gratie et in futuro glorie.
Sic ergo patet qualiter deus eſt pater no-
ſter ratiōe eruditiōis. [De diuio flagello]

Nō de flagellis

Secundo dico ꝙ ipſe eſt pater noſter ra
tione correctionis vel caſtigationis: quia
ipſe tanꝙ pater filios dilectos ſuos caſti-
gat: et flagellat nos in hac vita: vt humili
emus nos coram ipſo et non ſuperbiamꝰ:
vt fragilitatem et infirmitatem noſtram
cognoſcamus. iuxta illud. ps. xliii. Humi
liaſti nos in loco afflictionis: vt in tempo
re afflictionis ipſum recognoſcamus: et
ad eius auxiliatricem et liberatricem mi
ſericordiam recurramus. ſecundum illud
ps. xv. Imple facies eorum ignominia.

et querēt nomez tuū dn̄e. Itē. p̄s xv. Mul tiplicate ſunt īfirmitates eoꝝ poſtea acce lerauerūt. Itē id p̄s xlix. Inuocauit me ī die afflictionis mee: eruaz te ꝛ honorificabis me. Itē de⁹ pr̄ nos filios ſuos flagel lat. vt a pctīs caueam⁹ ꝛ emendemur. Sicut enī vga mgr̄i retrahit pueruz a noxio ludo. ſic flagella dn̄i retrahūt nos a pctō. Vnd p̄s. xxxviij. propter īiqtatē corripuiſti hoīez. Itē flagellat noſ deus. vt eternū flagellū euadam⁹. Re vera nullus ē q̄ nō opporteat flagellari. vel h tp̄alr̄. vel in fu turo eternalr̄. De illis enī q nō flagellant̄ hic. dr̄ in p̄s. lxxij. In labore hoīm nō ſunt ꝛ cū hoīb⁹ nō flagellabūtur. gloſa. ſz cum demonib⁹. De bōis vo dr̄ ī p̄s. lxxxviij. Si aūt dereliq̄rint filij eius legē meā et in iudicijſ meis nō ambulauerīt. ſi iuſticias meas pphanauerīt et mādata mea nō cu ſtodierīt. viſitabo in vga iniqtates eoꝝ et in vberib⁹ pctā eorū. Itē flagellat nos deus vt per patientiā tp̄alis flagelli mere amur gloriā eternaz. Qꝛ ſicut dicit ſanct⁹ gregori⁹. Mala q̄ nos hic p̄mūt ad futurā

gloriã nos ire compellunt. Et hec ergo ſũt cauſe propť quas deus nos flagellat ĩ hac vita. ſcilicꝫ noſtra humiliatio. noſtre fragilitatis recognitio. ipſius honorificatio. a pctõ retractio. eterni flagelli euaſio. et eterne glorie acq̃ſitio. Et certe oẽs iſte cauſe diuine flagellationis ſũt ſigna magne dilectionis. ꝓpter quod in magna dulcedine et in magna patiẽtia debem⁹ ſuſtinere tribulationes ⁊ miſerias q̃ accidũt nobis tãq̃ꝫ flagella piiſſimi et amãtiſſimi patris. ſicꝫ admonet ſalomõ. ꝓuer. iij. qui dicit. Diſciplinã patris tui filj mi ne abicias. nec deficias cũ ab eo corriperis. quẽ enĩ diligit dominꝰ corripit: et quaſi pater in filio cõplacet ſibi. Et apl's ad hebre. xij. dicꝫ q᷑ ipẽ de⁹ flagellat oẽm filium quẽ recipit. Flagellat ſcꝫ per tribulationẽ tranſitoriã oẽm filium quẽ recipit ad bñdictionẽ et hereditatẽ perpetuã Quia nõ ſolũ flagellat nos qui ſum⁹ filij adoptiui. ſed flagellauit etiã ſuũ filiũ naturalẽ. id eſt dñm noſtrũ ieſum xp̃m qui cũ nõ haberet vnde flagellari poſſet. cũ eſſet per oĩa equalis patri et ĩpaſſibi

lis in natura ſue deitatis. fecit eũ carne i-
dui. vt haberet ĩ quo poſſet flagellari. ſcilꝫ
in natura aſſũpte humanitatis. Ipe ꝙ eter
nus dei patris filius ſicut dicit̃ ĩ libro ſctĩ
odonis. cũctas nr̃e tribulatiõis moleſtias
conſolãs mirabili cõpaſſiõe totũ ex pieta-
te ſuſtinuit qd̕ nobis ex neceſſitate ſuſtinẽ
dũ nouit. vt nos hoĩes qd̕ ex merito culpe
patimur nõ refugiamꝰ cũ ille q̃ deus ẽ ex
ſola cõdeſcenſione tanta ſuſtinere digtꝰ ẽ.
Nõ itaqꝫ puto q̃libet tã preſũptuoſũ vt q̃-
ſi de ſingulari merito vel digniore natura
p̃ſumens. pñtẽ vitã abſqꝫ moleſtijs ĝrat ſi-
bi diſponi. cũ ipſe q̃qꝫ auctor vite ſine dolo
re paſſionis ab ead̕ vita nõ exijt quibuſli-
bet aũt v̓tutibus poleat. quid digna ẽ vi-
ta pctõꝝ ſi et eius vita ꝓ nobis flagello ſb̕
iacuit que ſubdita nulli pctõ fuit. hucuſqꝫ
de libro ſancti odonis. Tribulationes er-
go xp̃i multũ debẽt nob̕ alleuiare et dulci
ficare tribulationes huius mũdi. q̃ nõ ſũt
niſi flagella ⁊ correctiones patris nr̃i Vñ
apl̃s ad hebre. xij. Quis enĩ filiꝰ q̃ nõ cor
ripit pater. q̃ ſi extra diſciplinã eſtis cuiꝰ

participes facti ſunt oēs. ḡ adulteri eſtis et nō filij. Ergo ſicut dicit gloſa. ꝙ except⁹ ē a numero flagellatoꝝ: exceptus ē a nūe-roꝝ filioꝝ. Qui ergo vult eſſe dei fili⁹ habe-at patientiā ⁊ caueat ne ſit ſicut quidā ſūt qui ꝙ̄cito aliquā tribulationē īcurrūt ſta tim deſperāt ⁊ murmurāt: ⁊ deū ⁊ ſctōs et ſanctas maledicūt ⁊ blaſphemāt ſuꝑ quoſ cadit illa maledictio q̄ ī lege veteri ex ore dei ꝓceſſit. Leui. xx. ⁊ exo. xxj. Si ꝗs incāt maledixerit pr̄i vel matri morte moriatur ipi enī maledicūt pr̄i celeſti qḋ eſt peius ꝙ̄ maledicē patri carnali. et etiā maledicūt matri celeſti. id eſt beate virgini marie vl' triūphāti eccl'ie. i. angelis ſcis. quā pluſꝙ̄ matrē carnalē debēt diligere. et honorare et ideo morte moriunt̄. i. in preſenti morte culpe et in futuro morte gehenne. In lege enim veteri. leui. xxiiij. capitu. ꝗcūꝙ̄ erat de blaſphemia conuictus moriebatur eti am morte corporali et debebat lapidari.

Illi ergo qui impatienter flagella pa-tris celeſtis tollerant. et qui ipſum in ſua flagellatione blaſphemant et inhonorant

merent morte̅ corporale̅ et ſpu̅alem ⁊ eter
na̅. Illi ů qui in flagellis ip̅m honora̅t fla-
gella patient portādo. et ip̅m admodu̅ ſci
iob .j. laudādo et benedicēdo merent vita̅
eterna̅. Juxta illud. exo. xx. et deut. v. Ho
nora patre̅ tuu̅. id eſt xp̅m. et matre̅ tua̅. id
eſt v̅gine̅ maria̅. vel triu̅phante̅ eccleſia̅. i.
angelos et ſanctos. vt viuas longeu⁹ ſup
terra̅. id eſt i̅ paradiſo qui eſt terra viuenti
um. cuius terre longeuitas eſt eternitas ⁊
i̅mortalitas. Unde p̄s. xxvj. Credo videre
bona d̅n̄i in terra viue̅tiu̅. Sic ergo patet
qualiter deus cui noſ clamam⁹ pater nr̄ q̇
es in celis: eſt pater noſter ratione caſtiga
tionis. Patet etia̅ qualem fructu̅ nos acq̇-
rimus ſi flagella eius patient portamus.
Patet etia̅ qualiter illi qui no̅ habent pa-
tientia̅ in flagellis merent morte̅ tp̄alez ⁊
ſpu̅alem et et̄na̅. Illi vero qui habent bo-
na̅ patie̅tia̅ merent vita̅ perpetua̅. ad qua̅
nos perducat pater celeſtis. Amen.
ꝙ de⁹ dat nobis hereditate̅ ſua̅.] Ser. iij.
Ater. Cariſſimi viſum eſt in ſermoni
bus p̄cede̅tibus qualiter de⁹ cui nos

clamamus pater nr̄ qui es in celis. eſt paī nr̄ ſex de cauſis. Et vidim⁹ de quīq; p̄mis Modo aūt videamus de vltima cauſa. id eſt qualiī ip̄e eſt pr̄ nr̄ ratione hereditationis vel hereditarie ſucceſſionis. q̄ ſicut pr̄ mortal' dat hēditatē tp̄alē filio ſuo mortali ſic pater celeſtis ꝓmiſit ſe daturū nobis ⁊ redditurū hereditatē regni celeſtis. quaꝫ deſcribens beatus petr⁹ ī ep̄la p̄ma. ca. j. dicit. Hereditatē incorruptibilē īcontaminatā ⁊ īmarceſſibilē. Nota q̄ dixi daturuꝫ et redditurū. quia aliq̄b⁹ dat eā. aliq̄b⁹ reddit. Dat enī eā pueris q̄ moriūtur poſt baptiſmū anteq̄ȝ habeāt vſū liberi arbitrij. ⁊ anteq̄ȝ potuerīt facere aliqua opa q̄ debeant eis a deo ad meritū vel demeritū ꝺputari. Jlli enī habēt regnū paradiſi ex ſola gratia. id eſt quia receperūt ſacramētum baptiſmi. quod accipit virtutē in trib⁹. ſcilicet in fide ſuſcipientis. in īuocatione trinitatis. et merito dn̄ice paſſionis. Primū ſe habet in ratione cauſe diſponentis. ſecundū in ratione cauſe efficientis. et tertium ī rōne cauſe ꝓmerētis. ¶ De baptiſmo.

Ad hoc enī ꝙ baptiſmus ꝓſit hoī: oportet ꝙ ipſe ſit diſpoſit⁹ per fidē ꝓpriā ſi ē adultus. qꝛ niſi crederet baptiſm⁹ ſibi nō prodeſſet. Si ů ē puul⁹ ꝗ neſciat credere vel dicere. ſufficit ſibi fides eccleſie. Fides ergo eſt cauſa diſponēs. Cauſa vero efficiēs virtutē baptiſmi ē beata trinitas. cui⁹ īuocatio fit ibi cū dicit̄. baptiſo te ī noīe patris ⁊ filij et ſpūs ſcti. Cauſa aūt ꝓmerēs virtutē baptiſmi: ē paſſio et mors xp̄i ꝗ repſētatur ibi qñ īmergitur. In aliquibus eccleſiis puer īmergitur ſemel. In aliqbus ter. Unica ů īmerſio ſignificat mortē xp̄i vnaꝫ Trina ů īmerſio ſignificat ei⁹ ſepulturam triduanā. Et qꝛ illō ſacm̄ētū ē ſacm̄ētū intrātiū eccleſiā ⁊ ad ſeruitiū xp̄i veniētium Ideo dedit ei xp̄s tantā ꝟtutē ꝙ ille ꝗ āte baptiſmū erat filius diaboli: fit filius dei. Recipit grām ſpūſſcī ꝗ ē pignus ⁊ arra illoꝝ ꝗs pat̄ celeſtis p̄deſtinauit ad regnū. ⁊ habet baptizat⁹ totā trinitatē ꝗ vn⁹ de⁹ ver⁹ ē ſecū ⁊ ītra ſe manētē ⁊ inhītātē. Et hoc totū voluit xp̄us oñdere in ſuo baptiſmo. Qꝛ cū ipſe baptizaret̄ a iohanne ī flu

mine iordanis deus pr̄ clamauit Hic ē fili us meus dilectus. mathei. j. Spūs sctūs ī ſpecie colūbe ſup eū venit. tota etiā trinitas ibi apparuit. Paťr in voce. fili⁹ ī carne et ſpūs ſctūs ī ſpecie columbe. Celū apertū etiā fuit ſuper eū ad ſignificādū ꝙ ſi puer ꝗcito baptizatus eſt moreref: ſtatim paradiſū ingrederetur. Pueris ergo q̄ moriunť anteꝗ̄ habcāt vſū liberi arbitrij et anteꝗ̄ fecerint aliquid boni vel mali. dat pr̄ celeſtis regnū paradiſi. qꝛ ſine oībus meritis ſuis ſolo merito xp̄i fiunt heredes eiuſdē regni. Ideo de ipſis poteſt intelligi illō verbū xp̄i Nolite timere puſillus grex qm̄ cōplacuit patri veſtro dare vobis regnum Luce. xij. Sic ergo patet qualiter pueris qui moriūtur poſt baptiſmū dat pr̄ celeſtꝭ regnū. Item aliquibus dat pater celeſtis ſimul et reddit iſtā hereditatē. ſcilicȝ adultis quib⁹ ſūt duo neceſſaria. id eſt dei gratia et fides ⁊ ꝓpria operatio bona. Datur ergo eis hereditas celeſtꝭ ꝗ̄tū ad hoc ꝙ nō poſſūt illā mereri ſine gratia dei ꝑueniēte et comitante ⁊ ſubſequente. Ad hoc eni ꝙ

ipſi poſſint facere opera bona ⁊ meritoria oportet ꝙ gratia dei preueniat eos inſpirando bonā volūtatē. ſm illud ps. lviij. Mia eius preueniet me. Itē oportet ꝙ eadā gratia comitetur eos dādo eis benefaciendi ꝟtutē. et iuuando eos ad ſuſtinēdū laborē. Et hanc gratiaz recognoſcebat ī ſe paulus qui dicebat. pma cor. xv. Pl⁹ omnib⁹ laboraui nō ego ſ gratia dei mecum. Itez ibid. Gratia dei ſū id qđ ſū. et gratia eius ī me vacua nō fuit. id eſt ocioſa ſ operoſa. Tertio oportet ꝙ gratia eadem ſubſequatur bñ operantes reddendo mercedē. ſm illud. ps. xxij. Mia tua ſubſequet me oībus dieb⁹ vite mee. Quantū ad hoc ꝙ ſine gratia dei nō poſſum⁹ hereditatē patris celeſtis mereri. Illa hereditas nobis datur. Reddit ů quodāmodo filijs adoptiuis iſta hereditas ꝗtum ad hoc ꝙ per vſū liberi arbitrij. ad hoc ꝙ ſaluent oportet ꝙ ſint adiutores et cooperatores. ſʒ illud auguſti. Qui creauit te ſine te: non ſaluabit te ſine te. Et hoc videtur ſentire dauid propheta dicendo dño. ps. cxvij. Adiuua me

et ſaluus ero. Non dicebat ſalua me. ſ3 ad-
iuua me ⁊ ſaluus ero dn̄e. q. d. ad hoc ꝙ ſal
uer oportet me ad ſalutē peruenire labore
ꝓpo. ſed tn̄ nihil ꝓdeſſ3 mihi ſine tuo ad
iutorio. Exēplū de quodā ruſtico cuius a-
ſinus ſub onere ꝓſtratus iacebat in luto.
quod vidēs miles p̄teriēs deſcēdit de eq̄ vt
iuuaret ruſticū ad releuandū ſuū aſinu3.
Et cū ille milesītraſſet lutū vt leuaret aſi-
num et onus. Ruſticus aſpiciebat quid fa
ceret et manū nō apponebat. Et ideo mi-
les indignatus ab adiutorio ei⁹ receſſit.
Similiter ſunt aliqui qui ex ſola gratia dī
abſq3 vllo labore vellent ſaluari. et heredi
tatem patris celeſtis adipiſci. Sed hoc nō
pōt fieri. q2 iux̄ verbū ap̄li. j. cor. iij. opor3
nos eſſe adiutores et cooperatores gratie
dei. vt poſſimus dicere in die mortis cum
xp̄o. Pater meus vſq3 modo operat̄ ⁊ ego
operor. iohā. v. Id eſt operatur in me ꝑ me
et ego operor ſcilicet cum ipſo. Ite3 meus
cibus eſt vt facia3 voluntatem patris mei
qui eſt in celis. iohan. iiij. Meus cibus. id
eſt totum delectamentū cordis mei: et me

rito: q2 nõ loquẽdo ſed opando acqrit re=
gnũ dei. vñ idẽ xp̃s ait. Non oĩs qui dicit
mihi dñe dñe intrabit in regnũ celoꝝ. ſed
qui faciet voluntatẽ p̃ris mei q̇ in celis eſt
ip̃e intrabit in regnũ celoꝝ. Mathei. vij.
Sic ꝙ patet quomõ pr̃ celeſtis hereditatẽ
paradiſi aliq̇bus dat ex pura gr̃a. i. puul.
ꝛ aliquib⁹ dat et reddit. i. adultis. Cã bre=
uitatis faciem⁹ hic finẽ hui⁹ ſermonis. In
ſequẽti ſermone videbimus ꝓ q̇b⁹ opibus
pr̃ celeſtis dat nobis hereditatẽ perpetue
ſalutis. Rogabim⁹ dñm vt per gr̃am ſuaꝫ
nos p̃ueniat infundẽdo nobis bonã volũ
tatẽ: ꝛ comitet̃ dãdo bñ opandi v̾tutem: ꝛ
ſubſeq̃t̃ reddẽdo nobis ꝓ mercede bonoꝝ
opũ ppetuã hereditatẽ. Qui viuit ꝛ reg̃t
de⁹ p iſinita ſcl'a ſcl'oꝝ amẽ] Sermo iiij.

Ater. Sicut viſũ eſt in ſmõib⁹ p̃cedẽ=
tib⁹ qñ nos dicim⁹ pr̃ nr̃ q̇ es i cel'. ꝛc.
nos vocam⁹ deũ p̃rem ſex de cauſis: ꝛ vlti
ma eſt rõne hereditatiõis: q2 ſicut pr̃ mor
talis dat ꝛ reddit hereditateꝫ filijs: ſic pr̃
celeſtꝭ dat ꝛ reddit hereditatẽ nobis. Dat
ex p̃ueniẽte ꝛ ꝯcomitãte ꝛ ſubſequẽte gr̃a

⁊ reddit ꝓpt bona opa nra: que tn̄ nihil ꝓdessent sine sua gr̄a. Sciendū aūt ꝙ ꝓpt q̄druplicē opationē reddit pr̄ celestꝭ eternam mercedē: si illa quadruplex opatio fiat p bonā ītētionem De orōne deuota .j.

Prima opatio est deuota oratio. secunda corpalis afflictio. tertia pietas et compassio. quarta īimicoꝝ dilectio. Dico ꝙ p̄mū opus cui pr̄ celestiſ reddit eternā mercedem est deuota orō. Qꝛ sicut pauperes mēdicātes p̄cibꝰ et supplicationibꝰ ac obſecrationibus multis petūt a diuitibꝰ elemoſinā: sic nos orādo obſecrādo īpetramꝰ a pr̄e celesti eterne vite alimoniā. Et hoc ē ꝙ dicit dn̄s in euā. Math. vj. Cū oratꝭ nō ſitis ſicut ipocrite. amāt enim in angulis platearum ſtātes orare vt videātur ab hominibus. amen dico vobis receperūt mercedem ſuam. Tu autem cum oraueris intra cubiculum tuum et ora patrem tuum ⁊ pr̄ tuꝰ qui videt in abſcōdito reddꝫ tibi. Intrare cubiculū ē ingredi ad cordis ſui ſecretū: videlꝫ recogitādo peccata ꝓpria

diuina bñficia: diez mortis: dië iudicij: penas inferni: ꝛ gaudia paradiſi. Cariſſimi qꝛ hic ſit ſermo de orõne: ideo aliqua videamus de orõnis ꝑparatione. Circa qꝺ ē notãdũ ꝙ duplex eſt ꝑparatio ad orandũ: ſcꝫ ꝓpinqua ꝛ remota. Ad remotã orationis ꝑparationeꝫ. primo ꝑtinet ꝙ homo bñ viuat. vñ Grego. ſuper Job ait. Sũt nonnulli intra eccliam qui ꝓlixas ad deũ preces habẽt: ſed vitaꝫ deꝑcantiũ non habẽt Item idem in dialogo. Quid mirum ſi poſtulantes a dño tarde exaudimur: qui ꝑcipiẽtẽ dñꝫ tarde aut ẽt nullo mõ audimus Item idem in moralibus. Clamorẽ anguguſtie tꝑe dñs non audit: qꝛ tranqllitatis tẽpore in ꝑceptis ſuis: ipe clamãteꝫ dñ m non audiuit. Item Iſidorus. Nõ põt habere ꝑcum certam fiduciã: qui adhuc in ꝑceptis dei pigritat: ꝛ qꝫ peccãdi et peccati recordatio delectat. Itẽ ideꝫ. Qui a ꝑceptis dei auertitꝛ qꝺ in orõne poſtulat nõ mereꝛ nec impetrat ab illo bonuꝫ qꝺ poſcit: cuiꝰ legi non obedit. Itẽ idem. Si id qꝺ deus ꝑcipit facimꝰ: id qꝺ petimus ſine dubio ac

cipiem⁹ ⁊ obtinebimus. Itē idē j. Ioh. iij. Si cor nr̄m non rep̄henderit nos: fiduciā habemus ad deum: q̄cq̄d petierimus accipiemus ab eo: qm̄ mandata eius custodimus. Itē Augustin⁹. Citius exaudit᷑ vna obediētis orō: q̄ȝ decem milia contēptoris Item p̄s. xxxiij. Oculi dn̄i ſuper iuſtos et aures eius in p̄ces eoꝝ. Iteȝ moyſes orōe pugnans cōtra amalech: vt legit᷑ in libro exodi xviij. man⁹ hēbat ad deum leuatas. Exo. xvij. Iō hortat᷑ nos ꝓpħa Ieremias in trenis dicēs. Leuem⁹ corda nr̄a cū manib⁹ ad deū Tre. iij. Itē Iſid. Cor cum manibus leuat q̄ orōneȝ cum opere leuat. Itē paulus in ep̄lis. Volo viros orare in omni loco leuantes puras manus. j. Thi. ij. Itē Auguſt. Qui ieiunio ⁊ orōne corpus ſuuȝ caſtigat: dū miam aſſumit: dei miam ꝓuocat. ⁊ ſic orōnem iuuat. Item ꝓpħa daniel ait. daniel' ix. Poſui faciē meā ad dn̄m deum meum rogare et dep̄cari in ieiunio ſacco ⁊ cinere: ⁊ qui ꝓximo miſericors extitit deum ſibi miſericordem inuenit. Iuxta illud Math. v. Bti miſericordes qm̄ ip̄i mi

ſericordiã ↄſequent Ad ꝓpinquam ora
tionis ꝑparationẽ ꝑmovidet ꝑtiere reuo-
catio cordis ab exterioribꝰ ad īteriora cū
retentione eius. vñ dñs ī euã. Math. vj.
Tu aũt cum oraueris intra in cubiculuz
tuum ⁊ ora prẽm tuũ. ⁊ pr̃ tuus qui videt
in abſcõdito reddet tibi. Ingreſſus in cu-
biculũ eſt cordis reuocatio. clauſio oſtij ẽ
cordis retentio Fatuum eſt deũ inuocare
vt ad ſeveniat et grãm cõferat ſi homo nõ
expectet. vñ Iſiđ. Purgandꝰ eſt ꝑmo ani-
mus atqꝫ a tpaliũ rerum cogitationibꝰſe-
gregandus: vt pura acies cordis ad dñm
vere et ſimpl'r dirigatur. Itẽ idem. Pura
eſt orõ quã in ſuo tpe ſcl'i non interueniũt
cure. Itẽ idẽ. Longe a deo eſt animus qui
in orõnibus ſcl'i cogitationibus fuerit oc
cupatus. Item ad ꝓpinquã orõnis ꝑpara
tionem pertinet conſideratio ſui ipiꝰ. ꝓut
ſcribit ſctũs Bernardus in epl'a ad frẽs
cartuſieñ. de mõte dei. Debemus noſmet
ipos coram deo conſtituere: quaſi facie ad
faciẽ: et in lumine eius ꝓſpicere tribula-
tionẽ de nobis ipſis nobis venientẽ. Itez

Sermo iiii.

Iſidorus ait. Cum deo aſſiſtimus gemere et flere debem⁹: reminiſcentes q̄ꝫ grauia ſunt que cōmiſimus: q̄ꝫqꜫ dura īferni ſupplicia que timem⁹: ſperātes tñ᷑ misericorditer obtinere que pie humiliter ac fidel'r imploramus. Itē ad orōnis p̄parationem nos admonet ſcriptura in eccl'a. Añ orationem p̄para aīam tuam ꝛ noli eē quaſi homo qui tēptat deū. Orans tunc deum tentare videt᷑ cum id ꝑ quo orat: nec impetrare deſiderat: nec ſe accepturū ſperat. Itē p̄paratio multuꝫ valet ad hoc vt oratio exaudiatur p̄s. ix. Preparationem cordis eoꝝ audiuit auris tua. Itē hm̄oi p̄parationis figura ē p̄paratio quā facit ſacerdos celebraturus induendo ſe ſacris veſtib⁹. Item hanc preparationem nobis cōmendat templi edificatio et ornatus ipi⁹ Pri⁹ edificauit ſalomon templū: deinde orauit ꝑut legitur in tercio libro regū. cap. viij.

Poſtq̄ꝫ dictū eſt de orōnis p̄paratione. videamus de impedimentis orōnis Duodeci aūt ſūt īpedim̄ta orōis Primū ē pcm̄ orātꝭ. vñ Iſayas dt. j. Cum multiplicaue-

ritis orõnes non exaudiã: manus eni vr̃e ſanguine plene ſunt. Scdm̃ impedimẽtum eſt orantis dubictas. vñ bernardus. Indignus celeſti bñdictione eſſe cõuincit̃ q̇ deum dubio querit affectu. Terciũ eſt ꝙ nõ petit̃ qđ petendum eſt. vñ dñs ĩ euã. Mat. xx. Neſcitis quid petatis. Sepe petitur q̊d nõ eſt expediens petẽti. Quartum eſt indignitas eius ꝓ quo orat̃. vnde dñs ad Jere. ait. Noli orare ꝓ ppl'o iſto: qꝛ non exaudiam. Jere. vij. Quintũ eſt cogitationũ malarum multitudo. Vñ in eccle. Muſce morientes ꝑdunt ſuauitatem vnguenti. Eccle. x. Sextum eſt cõtẽpt⁹ diuine legis. vñ Salomõ in ꝓuerbijs Qui declinat aurem ſuam ne audiat legẽ: oratio ei⁹ erit execrabilis. ꝓũ. xxviij Septimum eſt duricies que duplex eſt. videlicet quedã ad paupes: de qua in ꝓuerbiis dr̃. Qui obturat aurem ſuaꝫ ad clamorẽ pauperis: clamabit ipe et nõ exaudiet̃ in tẽpe anguſtie. ꝓũ. xxj. Alia ẽ ad eos q̇ eum offẽderunt. nec vult eis remittere. q̊d eſt cõtra id ꝙ ſcribit̃ in eccl̃. xxviii. Relinque ꝓxio

tuo nocenti te et tūc deṗcanti tibi peccata
ſoluentur Octauū eſt peccati additio. qui
peccatū addit peccato quaſi qui elōgat ſe
a deo. vnde p̄s.lxxij. Qui elongant ſe a te
peribūt. Nonū eſt diaboli ſuggeſtio q̄ mul
tos ab oratione retrahit. Exemplū Unde
gḡ. in dialogo dicit In abbatia pompeyāi
abbatis. quidē monachus nō poterat ſta-
re in oratione nec diu i eccleſia tp̄e orōnis.
ſed ſepe exibat. q̄ aliqn̄ correptus emenda
re negligebat. Cū aūt quadā die abbas ſā
ctꝰ bn̄dictꝰ adueniſſet vt illū corriperet. vi
dit quēdā nigrū puerulū tenentē illū per
fimbriā veſtimenti. Cūq; per bienniū oraſ
ſent p̄res videlicʒ bn̄dictus pōpeyanus ⁊
maurus. Illi tres viderūt illū nigrū pue-
rulū. Tūc ſanctꝰ bn̄dictꝰ illū monachū v̄-
bere corripuit et demō receſſit ac ſi ipſe eēt
v̄beratus ab eo. Decimū eſt puitas deſide
rij. Unde augu. Seruat tibi deus qđ non
vult cito tibi dare vt tu diſcas magna ma
gne petere. Item gḡ. Eternā vitā ſi ore pe
timꝰ nec tamen corde deſideramus clamā
tes tacemus. Undecimū eſt petentis ipa-

tientia Unde dicebat iudith.ix. Humiliū et manſuetoꝝ ſemper tibi placuit depcatō Duodecimū eſt defectus perſeuerãtie i o-rando. Unde dñs in euan. luce. xj. Sine i-termiſſione orate. Nã ſi pſeuerauerit pul-ſans confeſtim aperietur ei. Itē augu. dic̄ Si nō eſt amota oratio: ſecurus eſto ꝙ nec amota eſt mia. Poſtꝗ̄ aliqua diximus d orationis ꝑparatione ⁊ īpedimētis eius. reuertamur ad propoſitū vnde digreſſi ſu mus: in quo agebat̄ ꝙ primū opus cui pr̄ celeſtis reddit eternā mercedem eſt deuo-ta oratio. Circa quod eſt ſciendū ꝙ nomīe orationis intelligitur oē opus mentale vl̄ vocale quod fit ex deuotione et in dei ho-nore. ſicut ī eccleſia cantare legere: miſſas et veſperas et alias horas vel ſermões au dire. et predicare. ſacras ſcripturas ſtude re. de deo cogitare. oīa opera talia intelli-gūtur nomine orationis. et omnibus tali-bus mercedem eternam reddit pater cele ſtis. Sicut patet in verbo xp̄i qui dic̄. ma-thei. ſexto capitulo. Ora patrem tuum in abſcondito. et pater tuus qui videt in ab-

ſcondito reddet tibi. De illis autem qui faciunt illa opera propter laudem humanam pronũciat xp̃us per diffinitiuam ſententiaʒ. Amen dico vobis quia receperũt mercedem ſuam. mathei. vj. quaſi diceret Illi qui orant vel cantant vel predicant propter laudem hominũ fruſtra expectãt a deo eternum premiũ. quia in mundo recipiunt laudes ab hominibꝰ ꝓpter quas ipſa opera fecerunt. Et hoc eſt primũ opꝰ cui reddit pater celeſtis eternã mercedem ideſt orõ deuota. [De corpali afflictione.] Secũdũ opus ẽ corporalis afflictio q̃ ĩtelligitꝰ ĩ euã. math. vi. noĩe ieiunij cũ dñs dicit. Cũ ieiunatis non eritis ſicut ipocrite triſtes. exterminãt enim facies ſuas vt appareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis quia receperunt mercedem ſuam. Tu autem cum ieiunaueris vnge caput tuum et faciem tuam laua ne videaris hominibus ieiunans. Et pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi.
Vide quomodo chriſtus facit more boni agricole. q̃ volens ſemen ſuũ ĩ terra iacere

primo ꝓuidet ne aliquod granū ꝑuū ſit ſe
mini ſuo admixtū. quod poſſit ſemē ſuum
corrūpere et infructuoſū reddere. Simili
ter xp̄us ab operibꝰ penitētie ⁊ mortifica-
tione carnis q̄ nos ſeminamꝰ ī terra ꝓprij
corporis. docet nos tollere zizaniā ꝑue ītē
tionis. q̄ totū opus corrumperet et infru-
ctuoſū redderet. Et hoc facit cū dicit. Nō
eritis ſicut ipocrite triſtes exterminānt enī
facies ſuas. ⁊c̄. Exterminānt. id eſt diuerſi-
ficānt ſe triſtes et afflictos oſtendēdo. vt cū
triſticia et palor in eoꝝ vultu cernitur. vir-
tus abſtinentie ī eis patefacta laudetur. ſꝫ
ꝙ tales ex iſta abſtinentia nō debeānt ſpera
re mercedē eternā oñdit xp̄s cū dicit. amē
dico vobis receperūt mercedē ſuā. Segre
gato ergo a ſemine corporee mortificatōis
grano inutili ꝑue intētionis. ſtatim docet
modū ſeminādi ſemē vere penitentie ī ter
ra ꝓprij corporis et dicit ꝙ ieiuniuꝫ debet
fieri cū leticia ſpirituali. et hoc facit cū di-
cit. Tu aūt vnge caput tuū et faciem tuaꝫ
laua. Cū ieiunas. id eſt tibi corpus tuū ꝓ-
pter deum mortificas. Unde ſciendum eſt

 

ꝙ hic noīe ieiunij ītelligr̄ oīs labor ꝑpt̄ de
um īpoſitus a ſacerdote vel volūtarie aſſū
ptus ab ipo penitente. per ꝙ̄ pōt corp⁹ ca-
ſtigari et mortificari ⁊ ꝑ ꝙ̄ poſſūt vitia car
nis reꝑmi ſicut eſt a cibo ⁊ potu abſtinētia
quā oīs xp̄iani ꝯſueuerūt facere ſpeciali
ter tp̄e q̄drageſime. Itē abſtinentia a mol-
li veſtimento quā hn̄t illi qui abſtinēt a ve
ſtimento lineo: et macerāt ⁊ quaſi crucifi-
gūt carnē ſuā ꝓ xp̄o in cinere ⁊ cilicio. iux̄
verbū apl̄i ad gal. dicēt̄. Qui aūt ſūt xp̄i
carnē ſuā crucifixerūt cū vitijs et ꝯcupiſcē
tijs. Beat⁹ thomas ep̄us canthuariēſ hoc
ieiuniū faciebat qui portabat nō ſolū ca-
miſiā: ſ; etiā femoralia cilicina ſub pōtifi-
calis honoris veſtibus. Itez intelligit̄ no
mīe ieiunij abſtinētia a quiete et ocio quā
habent peregrini qui itinerādo affligunt
corpus ſuū viſitādo loca ſcōꝝ. Exemplū ꝺ
quodā valēte hoīe qui trāſfretauit maria.
ꝑpter votū hieroſolimitanū et cū luſtraſ-
ſet oīa loca tranſmarina per que audierat
xp̄m ambulaſſe. In die aſcenſionis venit ī
montem oliueti et in locum illuz a q̄ xp̄us

corā aplis corpaliter abſceſſit ⁊ ī celū aſcē
dit. Dixit dñe ieſu xpe ſecutus ſū te q̄ntum
potui ⁊ loca p que ābulaſti pagui. ecce ſū ī
vltimo loco peregrinatiōis tue ī mundo a
quo aſcēdiſti in celū. Illuc nō poſſū ſequi
te humana virtute niſi tu trahas me ad te
tua gratuita pietate. et facta orōne ſtatim
emiſit ſpm̄ et a xp̄o ſuſcept⁹ eſt ī celū. Itez
intelligit̄ ī ieiunio abſtinētia ab oī huma=
no gaudio quā habēt heremite et anacho=
rite et carthuſienſ. et boni religioſi q̄ iclu=
dūt ſe in clauſtris: vt ad moduz colūbe et
turturis ieiunēt et abſtineāt ſe a varijs hu
ius mūdi gaudijs. Et etiā q̄ plus eſt a vo=
luntate ꝓprij corporis ſcz abnegādo volū
tatē ꝓpriā. et ſub volūtate p̄latorū penit⁹
ponēdo eam. Sic ieiunauerūt in deſertis
multi patres ſancti. ſicut paul⁹ primus he
remita. hilariō. anthoni⁹. machari⁹ ⁊ plu
res alij ſancti. Sic ieiunauerūt ⁊ ieiunāt ī
clauſtris multi viri perfecti ⁊ ſcti ꝓut bñ=
dictus maur⁹ bernard⁹ frāciſcus dñic⁹ hu
go et hugo cū plurib⁹ alijs electis dei, Po
teſt etiā in hoc ieiunio intelligi abſtinētia

ab oī peccato et hoc eſt ieiuniū quod tenet̄
oīs homo facere oī tp̄e. Sic legit̄ in iudith
vidua que ieiunabat oībus dieb⁹ vite ſue
Et in euāge. beati luce. ij. dicit̄ ꝙ anna vi=
dua octogenaria ⁊ prophetiſſa nō diſcede
bat a templo ieiunijs et orationibus va=
cans die ac nocte. Oībus his ieiunijs red=
dit hereditatem celeſtē pater celeſtis. Vn̄
ſubiūgit̄. Ne videaris hoībus ieiunās ſed
patri tuo qui videt ī abſcondito ⁊ pater tu
us qui videt in abſcondito reddet tibi.
Sed quid eſt ꝙ dicit. Vnge caput tuū ⁊ fa
ciem tuā laua. Re vera vnctio capit̄ ſigni
ficat ſpiritualē leticiā in corde ieiunantis
Per caput enim intelligit̄ cor. quia ſicut ꝑ
ſenſus q̇ ſunt in capite regitur hō exterior
id eſt corpus. ſic quotidie regitur homo īte
rior. id eſt aīa ſcilicȝ per cogitationes et af
flictiones aīe. Per vnguentū vero ſig̃tur
leticia. Vnde pſalmo quadrageſimo q̃r
to. Vnxit te deus deus tuus oleo leticie.
Caput autem ieiunantis vngere eſt cor=
porali abſtinentia ſpūalit̄ exl'tare. H̄ eſt eī
maximū ſignū diuine gratie. Vnde hugo

de ſcõ victore ĩ libro de eruditiõe vitioꝝ ait. Magnum ſignum inhabitantis gr̃e eſt ſpũalis leticia. Solet enĩ ſub aqua turbida latere coluber tortuoſus. Faciem vero lauare eſt ab oĩ nr̃o opere p̄uã intentionem remouere. Per faciem enim quã reſpiciũt homines ad habendã cognitionem homĩs intelligitur ĩtẽtio cordis quã reſpicit deus ad approbationem operis. et ſicut delectatur homo videndo pulchrã faciem et ſine macula. ſic deus delectatur in operibus noſtris quãdo fiunt intentiõe bona. id eſt pro ſola dei gloria: et non pro mundana vel mercede terrena. Dicit ergo. Cũ ieiunat; nolite fieri ſic̃ ipocrite triſtes. i q̃ auctoritate pꝫ ꝙ pnĩa ⁊ oĩs corpal̃ afflictio q̄ ĩtelligr̃ noĩe ieiunij. dꝫ fieri cũ leticia ſpũali ⁊ ĩtẽtiõe bona. i. vt hõ placeat deo ſoli. et tũc redditur ei merces eterna a patre celeſti. Expedit; etiã de duob⁹ operibus p̄mis q̄bus reddit mercedẽ paẗ celeſtis que ſunt deuota oratio et corporalis afflictio. De alijs duob⁹ que ſũt pietas ſeu compaſſio ⁊ inimicorum dilectio patebit

in ſermone ſequenti. Rogem⁹ dñm vt det nobis grãm ita leuandi ad ipm cor nr̃m p orõnē deuotã: ꝛ depmendi corpus noſtrū per ieiuniū et penitētiam: vt nos poſſim⁹ per hec et alia bona opera adipiſci hereditatem eternam amē.

De pietate ſeu compaſſione. Sermo quintus.

Ater. In ſermone p̃cedenti dixim⁹ ꝙ quatuor ſunt opera ꝑ quib⁹ redditur nobis merces eterna a pr̃e celeſti. Et diximus de duobus p̊mis que ſūt deuota orõ et corpis afflictio. Terciū opus eſt pietas et compaſſio que intelligit̃ noīe elemoſine. In euan. bti Math. vi. dñs dicit Cum facis elemoſinam noli tuba canere ante te ſicut ipocrite faciunt vt videātur ab hoībus. amen dico vobis receperunt mercedem ſuam. Te autem faciēte elemoſinam: neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua: vt ſit elemoſina tua in abſcōdito: ꝛ pater tuus qui videt in abſcōdito reddet tibi. Cū facis inquit elemoſinā ꝛc. Nota ꝙ hoc noīe elemoſine intelligit̃ oīe opus mīe ſeu corporale vel ſpūale qđ pro

deo impenditur ꝑximo. Corpalia opera miē ſunt: eſurientes paſcere: ſitientes potare: nudos veſtire: ꝓſelitos et ꝑegrinos hoſpitare: īfirmos viſitare: et captiuos cōfortare: et īcarceratos redimere: ac mortuos ſepelire. In his ꝯſiſtit corporalis elemoſina: de qua dicebat Thobias. iiij. filio ſuo. Ex ſubſtantia tua fac elemoſinam: et noli auertere faciē tuā ab aliquo pauꝑe. ita enim fiet vt nec auertat̃ a te facies dñi ſi multū tibi fuerit abundanter tribue. ſi exiguum fuerit: libenter īpartiri ſtude. Et tangit in hac aucte de quo debet fieri elemoſina: cū dicit ex ſubſtātia tua ñ de aliena. Et hoc eſt cōtra raptores et vſurarios qui faciūt oblatiōes et elemoſinas de alieno. Et q̄tū hoc diſpliceat deo: oñdit ſapiens qui dicit. Qui offert ſacrificiū de ſubſtantia pauꝑis: ſicut qui victimat filiū in conſpectu patris. Eccle. xxxiiij. Scdo oñdit cui debet elemoſina fieri cū dicit Et ne auertas faciē tuā ab vllo pauꝑe Pauꝑi ei dꝫ fieri elemoſina: ⁊ nō diuiti Et hoc eſt cōtra multos et maxīe cōtra illos q̄ multa

expēdūt in dando diuitib⁹ et amicis car-
nalibus ꝑpter gl'iam mundi. cōtra q̊s dic
dn̄s in euan. bti Luce xiiij. Cū facis pran
diū aut cenā noli vocare amicos tuos aut
frēs tuos neq̧ cognatos tuos neq̧ vicios
tuos: ne forte ⁊ ip̄i te inuitēt et fiat tibi re
tributio. Sꝫ cum facis cōuiuiū voca pau-
peres ac debiles: cecos ⁊ claudos: ⁊ beat⁹
eris: qꝛ nō hn̄t vn̄ retribuere tibi: retribu-
etur eī tibi in reſurrectione iuſtoꝝ Ter
tio oſtendit ꝑpter quid debet fieri elemoſi
na: cū dicit. ita eī fiet. vt nec auertaꝛ a te
facies dn̄i. q. d. ſi non auertis faciem tuaꝫ
a paupere ſꝫ miſericorditer ſubuenis ei.
dn̄s in die iudicij non auertet faciē ſuam
a te: ſꝫ miſerebiꝛ tibi Et hoc ē ꝙ dr̄ in euā.
bti mat. v. Bti miſericordes qm̄ ip̄i miaꝫ
ꝯſeq̄ꝛ Quarto tāgiꝛ quō debꝫ fieri elemo
ſina cū dt. ſi ml'tū tibi fuerit abūdāꝛ ꝛbue
⁊ ſi exiguū fūit libēꝛ ip̄tiri ſtude. ⁊ hͦ ē ꝙ dt
ap̄ls. ij. cor. ix. Voluntas ſꝫ id qđ habet hō
accepta ē: nō ſm id qđ nō habet. de⁹ eī nō
tantum aſpicit ad q̄ꝫtitatem muneris: q̄ꝫ
ad charitateꝫ cordis et ad poſſibilitatem

dantis.Exemplū ponit dn̄s in euan.luce xxi. Quidam mittebāt munera ſua in gazophilatiū ad reſtaurationem templi. Inter quos quedam vidua paupercula miſit duo era minuta. id eſt duas quadrantes: de qua dn̄s dixit. Uidua hec paupercula plus oībus miſit.nam omnes ex abundāti ſibi miſerūt in munera dei. hec autē ex eo qđ deeſt ei oēm victū ſuū quem habuit miſit. Iſte elemoſine corꝑales tangunt ī hoc verſu.Uiſito:poto:cibo:redimo:tego:colligo:condo. Uiſito infirmos: poto ſitibundos:redimo incarceratos vel ī manus debitoꝝ obligatos: tego.i.veſtio nudos:colligo.i.recipio peregrinos: condo .i.ſepelio mortuos] De tribus elemoſinis ſpūalibus. Elemoſine ſpūales tres ſūt Prima ignorantē docere .ꝛ ꝑtinet ad oēs ſed ſpecialiter ad predicatores ꝛ doctoreſ in quoꝝ ꝑſona dicit̃ eſaye lviij Clama ne ceſſes:quaſi tuba exalta vocē tuā et annū cia pplo meo ſcelera eoꝝ.Elemoſina eniz eſt releuare aſinum ꝓximi ſui: ſed maior elemoſina eſt ſaluare aīam ꝓximi ſui.Uñ

in epl'a Jacobi.v.dr. Frēs mei ſi quis ex vobis errauerit a veritate et conuerterit q̄s eū: ſcire debet. qm̄ qui cōuerti fecerit peccatorem ab errore ſue vie: ſaluabit aīam eius a morte. Ecce q̄ta eſt iſta elemoſina: q2 plus valet vna aīa q̄ oīa mundi regna.

Scd̄a elemoſina ſpūalis eſt errantē corrigere: et hoc ptinet ad omnes qui habēt ſub ſe aliquoſ ſubditos: ſed ſpecialiter ad paſtores et prelatos: de quib9 ſapiēs dicit Qui diligit filiū aſſiduat illi flagella: filium.i.ſubditum.eccle.xxx. Itē idē. Stulticia colligata eſt in corde pueri: et virga diſcipline effugabit eā. pueri.i.pctōris q̄ pueriliter agit qn̄ a celeſti pr̄e peccādo recedit.puer.xxij. Et hanc elemoſinam exibuit beatus Bn̄dictus abbas ſuo monacho qui tp̄e orōnis nō diu poterat cū alijs in eccl'a remanere: ſed de facili foras exibat. Un̄ pater bn̄dict9 vidit nigrum puerulum qui illuz foras trahebat: quē benedictus pater virga pcuſſit ⁊ tunc diabol9 fugit: et ille monachus poſtea cum alijs i eccl'a permanſit Item ob defectum iſtius

elemoſine fuit heli ſacerdos punitꝰ morte cum filijs ſuis qꝛ ipſos peccantes corripiebat tepide et lēte .j. regū iiij. Tercia elemoſina eſt inimicos diligere: ſ; de iſta elemoſina dicetur poſtea in folio ſequēti. No ta ꝙ hec tria opera mīe ſpūalis: tangunt in hoc verſu. Inſtruit errantē: caſtigat: diligit hoſtem. Ex ꝑdictis patet ꝙ nomīe elemoſine ītelligit oīe opus mīe ſiue corporale ſiue ſpūale. cū dicit dn̄s Math. vj. Cum facis elemoſinā S; qꝛ mīe opa nihil ꝓſunt niſi fiant intentione bona: ideo ſequit. Noli tuba canere ante te .i. noli velle eam oībꝰ innoteſcere: ſicut tuba que canit oībꝰ innoteſcit audiētibꝰ: ſicut ipocrite faciūt: ⁊ ideo eternā mercedē ꝑdūt. vn̄ ſequit. amē dico vobiſ receperūt mercedē ſuā .i. hoīm laudē ⁊ gl'am. Seqt. Te autez faciente elemoſinam: neſciat ſiniſtra tua quid faciat dextera tua. id eſt non facias pro humana laude ſeu pro temporali mercede: que ītelligitur per ſiniſtrā: qđ debeſ facere ſolum pro eterna beatitudine que intelligitur per dexteram. Unde in euan

gelio bti Math. xxv. legitur ꝙ in die iudi
cij mali qui amauerunt laudem mūdi po
nent ad ſiniſtram: et boni ad dexterā. Se
quit: vt ſit elemoſina tua in abſcondito. i.
intentio tua ſit ſolūmō corā deo. Et pater
tuus qui videt in abſcondito reddet tibi:
Qz reddet fructum elemoſine quē tangit
angelus in libro thobie xij. qui dicit. Bo-
na eſt orō cum ieiunio ꝛ elemoſina magis ꝙ
theſauros auri abſcōdere: qm̄ elemoſina
a morte liberat: et ipa eſt que purgat pctā
et facit inuenire miam et vitam eternam
Iſte fructus tangitur in quadam deſcri-
ptione elemoſine que dicit ſic. Elemoſina
eſt res ſctā: augens bona pn̄tia: minuens
peccata: coniungens deo et angelis: ſepa
rans a demonibus: et eſt quaſi murus in-
expugnabilis circa animam. Sic ergo
patet de tercio opere cui reddit pater ce-
leſtis mercedem eternam: quod eſt miſeri
cordia et compaſſio De inimicorū dile-
ctione] Quartū opus eſt dilectio inimi
corū. Illi eni qui inimicos diligunt ꝛ eis

non nocent q̄n poſſūt: ſed eis bn̄facere pa
rati ſunt filij dei ſunt. et per conſequēs he
reditatis eius ꝑticipeſ futuri ſunt Et hoc
eſt ꝙ dicit dn̄s in euan Math. v. Diligite
inimicos vr̄os: bn̄facite his qui oderunt
vos. orate ꝓ ꝑſequentibus ⁊ calumnianti
bus vos vt ſitis filij pr̄is vr̄i: qui ſolez ſuū
facit oriri ſuꝑ bonos et malos: ⁊ pluit ſuꝑ
iuſtos ⁊ iniuſtos. et hoc eſt dicere. Si vultꝭ
patris celeſtis filij eſſe: ⁊ in hereditate eiꝰ
celeſti partez habere: oportet vt inimicos
veſtros diligatis: et odientibus vos bn̄fa
ciatꝭ: ⁊ de facto ꝑſequentibus et calumni
antibus vos. i. iniuſte maledicentibus de
vobis: ⁊ diffamantibus vos de verbo veri
tatis. et ſic eritis filij. i. imitatores pr̄is ve
ſtri celeſtis. Qui ſolem ſuum facit oriri ſu
per bonos et malos ⁊c. id ē bn̄ficia tp̄alia
largit̄ bonis ⁊ malis: dignis et indignis.
gratis ⁊ ingratis. i. recognoſcentibus et
regratiātibꝰ de bn̄ficijs dei: qui dicūt̄ gr̄ti.
Et non recognoſcētibus nec regratianti-
bus: qui dicūt̄ ingrati. Sic ergo eritꝭ filij
. i. imitatores dei. Apl̄us autem dicit ro.

viij.ꝙ ſi filij et heredes.heredes quidē dei coheredes aūt xp̄i. Sic ergo patet ī iſto ſermone et in precedēti que ſūt illa quattuor opera ꝓ quib⁹ a patre celeſti redditur hereditas eterna.ſcilicet deuota orō.carnis mortificatio. elemoſinarū largitio. et inimicoꝝ dilectio.et ſꝫ ꝙ vnuſquiſqꝫ ī his quattuor operib⁹ magis vel minus exercitatus fuerit ſm hoc in hereditate patris celeſtis maiorē vel minorem portionē habebit.Et hoc intendebat dn̄s noſter ieſus xp̄s cū dicebat.mathei.xiiij.In domo patris mei māſiones multe ſunt.quia diuerſitas māſionū ſignificat diuerſitatem p̄miorū ſm diuerſitatē meritorū. Patet etiā in iſto ſermone et p̄cedēti de primo verbo oratiōis dn̄ice id eſt de pater. qualiter de⁹ cui nos clamam⁹ Pater noſter q̄ es in cel. eſt pater nr̄ ſex de cauſis. id eſt ratione creationis educationis redēptiōis eruditionis caſtigationis et hereditationis.Rogemus patrē celeſtem vt det nobis gratiā ꝙ nos poſſimus ita patrem celeſtē eūdē orare deuote.et propter ipſum corp⁹ propriū

affligere ꝛ moꝛtificare et opera mīe facere et inimicos diligere. vt per hͦ bona opera poſſimꝰ ad eiꝰ hereditatē celeſtē peruenire Ipſo preſtante cui laus eſt honoꝛ ꝛ gloꝛia in ſecula ſeculoꝛuꝫ. Amen.

Sermo. vj.

Oſter. Cariſſimi ſatꝭ viſū ē ꝺ ꝑmo v̾bo oꝛōnis ꝺñice. id ē de pater quod pōt appꝛopꝛiari ꝑſone dei patris. qꝛ ipē pr̄ nō ſolum reſpectu creaturaꝝ ſicut filiꝰ et ſpūſſctūs. imo eſt pr̄ iter ꝑſonas btē trinitatis generando ſibi filiū cōſubſtātialē et coequalē ꝛ coet̄nū. Modo videamꝰ ꝺ ſcꝺo v̾bo oꝛōnis ꝺñice. id eſt de noſter. quod pōt ꝑſone dei filij appꝛopꝛiari. qui ſpecialit̄ poteſt dici deꝰ nr̄ ꝓpter naturā nr̄am quā aſſūpſit. Et quia pater eū nobis dedit ſm̄ quod pꝛeuidit eſayas ꝓpheta qn̄ ait. ca. ix. Paruulꝰ natus ē nobis. filius datꝰ eſt nobis. Dedit inqꝫ eū vt eſſet nr̄. ex quo eni datꝰ ē nobis ab illo q̇ poterat eū dare iuſto titulo factus ē noſter ex illa datione. Sed q̊modo factꝰ eſt noſter? Certe factus eſt frater noſter dulciſſimus in ſua incarnatione magi

 

ſter noſter veraciſſimus in ſua conuerſati=one: pugil noſter fortiſſimus in ſua paſſio=ne: et erit iudex noſter equiſſimus in gene rali omniũ reſurrectione. Primo dico ꝙ dei filius ſpecialiter poteſt vocari deus noſter quia factus eſt frater noſter in ſua incarnatione. Quando dicit apoſtolꝰ ad phil'. ſecũdo capi. Ipſe exinaniuit ſemetip ſum formam ſerui accipiens in ſimilitudi nem hominuꝫ factus et habitu inuentus vt homo. Et hoc fecit vt afflictos conforta ret et diſperſos cõgregaret et abiectos ho noraret. De incarnatione domini. Pri=mo dico ꝙ filius dĩ factus eſt frater noſter vt afflictos confortaret. Nunꝙ eñi fuit ꝙ fideles in hoc mundo non haberent affli=ctiones multiplices. ſed dei filius deus no ſter multum nos confortauit. et non ſoluꝫ tollerabiles ſed etiam amabiles reddidit. qñ ꝓpť nos de altitudine maieſtatis ĩ vte=rum beate marie ꝟgĩs deſcẽdit. ⁊ aſſumẽs ibi carnẽ nr̃am nos ĩ hac valle miſerie viſi tauit. et eaſd afflictiones p. xxx. ⁊ duos an

nos nobiſcū ſuſtinuit oſtendēs nobis ꝙ ꝑ patientiā preſentis afflictiōis oportet cō=ſcēdere ad culmen eterne beatitudis.ma=gna eni eſt ꝯſolatio mēbris ex ſocietate capitis.Et de hac cōſolatoria viſitatione dei noſtri gaudebat zacharias pater ſctī iohānis baptiſte qñ dicebat.Luce.j.Per viſcera mie dei noſtri ī quibꝰ viſitauit nos oriēs ex alto. Jd eſt a deo patre deſcēdit oriens dei filius qui a deo patre orit̄ eternaliter ꝛ pro nobis dignatꝰ eſt naſci tēporalit̄.ꝛ viſitauit nos ſicut dulcis dñs laborātes ſuos dulcis pater filios.dulcis medicꝰ egrotos Et hoc quare? ꝓpter aliquē fructū ꝗ ipſe cōſequeret̄ ex iſta viſitatione?minime.ſed per viſcera mie dei noſtri.id per viſceroſiſſimā et ꝓfundiſſimaꝫ mīam qua ille ꝗ erat deus nr̄ factus ē frater noſter. vt ſuſtinendo nobiſcū miſerias q̄s nos ſuſtinebamꝰ nos ad ſuſtinendū fortiores et prōptiores redderet:et ſic nos ſecū ad eternā cōſolatiōnē perduceret.qꝛ ſi fuerimus ſocij paſſionū erimus et cōſolationū. Secūdo dico ꝙ dei filius qui erat deꝰ noſter factus ē

frater noſter vt diſpſos ꝯgregaret quia an xp̄i aduentū erant electi dei per totū mundū in medio nationū infideliū diſperſi. et tantus erat īfideliū numer⁹ ꝙ parū apparebant fideles in medio eorum. Sed venit dei filius qui a prima die natiuitatis ſue: cepit fideles ſuos in vnū corpus ſuū quod eſt eccleſia cōgregare. Eadē eni die vocauit ipſe ad fidem ſuā paſtores qui erant de plebe iudeorum: et tres reges de plebe gētilium et hij fuerunt primicie xp̄ianoruꝫ: et prime colūne in edificatione hieruſalē. id eſt eccleſie. quā edificationē et quā ꝯgregationē preuidit dd̄ p̄s. cxlvj. Deo noſtro ſit iocunda decoraqꝫ laudatio edificās hieruſalem. id eſt dn̄s diſperſiones iſrael con gregabit. Iſraelis id eſt populi fidelis qui dicitur iſrael. id eſt videns deum hic per fidem et in futuro per manifeſtā ſpecieꝫ.

Tertio dico ꝙ filius dei fact⁹ eſt frater noſter vt abiectos honoraret: q2 anteqꝫ xp̄us aſſumeret humanā naturā et angeli et demones et etiā creature ōs nos habebāt deſpectui ꝓpt̄ offenſā diuinā q2 ex creatoris

offenſa offendi debet: et contra offendentē inſurgere omnis creatura. Sed dei filius tantum nos honorauit ꝙ naturam humanā aſſūpſit et frater noſter fieri voluit. Unde iam non audēt nec angeli nec alie creature nos vlterius deſpicere. quia in deo ⁊ deo fratre noſtro vidēt naturā noſtrā eleuatā ſupra ſe tanto honore ꝙ cor humanū nō poteſt maiorē cogitare. Maior enī honor homini fieri nō potuit ꝙ ꝙ deus homo fact⁹ ſit. Et hoc attendentes angeli ꝗ ante xp̄i incarnationē ab hoībus ꝙtūcunq̄ ſāctis ꝑmittebant ſe adorari. Poſt xp̄i vero īcarnationē refugiūt ſctōꝝ hominū adorationē. Erubeſcūt enī illā naturā adorādo inclinari ſub ſe quā ipſi in rege ſuo adorant ſupra ſe. Exēplū. Sicut patet in apocalipſi quando beat⁹ iohannes euāgeliſta relegatus in pathmos inſula voluit adorare angelū qui miſſus erat ad eū vt oſtēderet ei ſecreta diuina. et āgel⁹ dixit ei. Uide ne feceris. ꝯſu⁹ eī tu⁹ ſū ⁊ fratꝝ tuoꝝ. apo. xxij. In xp̄i ḡ hūana natione honorati ſum⁹ ſup̄ oēm naturā. imo etiā ſup̄ āgelos ꝗ

de deo poſſumus dicē id qđ dicit iudas đ ioſep. Geñ. xxxvij. Caro eī ꝛ frat̄ nr̄ ē. Regē celi poſſum⁹ vocare frēm nr̄m. ħ nō poſſūt angeli. qꝛ ſic̄ dicit apl's ad hebꝛe. ij. Nuſq̄ȝ angelos apphendit ſed ſemē abꝛahe apphendit. Angelos id eſt angelicā naturā nō apphendit vt redimeret eā. Sed illā partē angeloꝝ q̄ peccādo de celo cecidit ippetuum dānari pmiſit. Sed apphendit ſemē abꝛahe. id eſt aſſūpſit naturā noſtrā i maria virgine q̄ erat de ſemine abꝛahe et vniuit nature ſue in vnitate perſone. Ita vt ipſe veracit̄ ſit de⁹ ꝛ hō et dei fili⁹ ꝛ hoīs. id ē filius virginis: et virgo maria ſoroꝛ nr̄a ſit veraciter mat̄ dei ꝛ mat̄ hoīs mater noſtri creatoꝛis ꝛ mr̄ nr̄i fr̄is. et p ꝯſequēs mater nr̄a. Unde anſelm⁹ dicit. O beata fiducia mater đi ē et mater noſtra. Et conuertit ſe ipm ad ipſam matrē dicens. Tu mater dei tu mater hoīs. tu mr̄ rei. tu mat̄ iudicis. tu cū ſis vtriuſq̄ȝ mater diſcoꝛdiā int̄ filios ſuſtinere nequis. Sic ergo patet qualit̄ ille q̄ erat deus noſter altiſſimus: factus ē fr̄ nr̄ dulciſſimus i ſua icarnatione vt afflictos

ↄfortaret. vt diſperſos ↄgregaret. vt abie ctos honoraret. Ita q̄ nos ſecure poſſim⁹ dicere de ip̄o illud i p̄ſ. xvij. Quis de⁹ pret dn̄m: aut q̄s de⁹ pret deū nr̄m: In ſequēti ſmone videbim⁹ de alijs. Rogem⁹ dei filiū dn̄m nr̄m vt det nobis gratiā ↄſuādi hono rez quē fecit nobis qn̄ humanitatē noſtrā ſociauit ſue diuinitati ita vt nō amittam⁹ eā per demeritū alicui⁹ peccati. ſ poſt mor tē poſſim⁹ eē coheredes regni ſui ip̄o p̄ſtā te cui ē honor ⁊ glia i ſecl'a ſeculoꝝ. Amen

Noſter. Sicut patuit i ſmōe [ſmo. vij. p̄cedenti q̄ dei fili⁹ dr̄ ſpecialit' de⁹ nr̄ qꝛ datus ē nobis a deo pr̄e. Et dr̄ nr̄ quatu or de cauſis. Primo qꝛ ipſe fact⁹ ē frat' nr̄ dulciſſim⁹ i ſua icarnatione. et de hoc viſū eſt ſup̄. [De dei eruditiōe.] Scd̄o dr̄ nr̄ qꝛ fact⁹ ē magr̄ nr̄ ꝟaciſſim⁹ i ſua ↄuerſatiōe qꝛ tota ei⁹ ↄuerſatio fuit noſtra inſtructio ꝓpt' hoc enī cōuerſat⁹ ē ip̄e inter nos ꝑ tri ginta et duos annos vt doceret nos qua liter debemus bene conuerſari et bene vi uere in hoc mundo vt bene viuendo et be ne cōuerſando poſſim⁹ ad et'nā vitā ꝑtigē.

Et eſt vera ſapiētia quā ipē ſicut verax magiſter noſ docuit et exēplo vite et verbo doctrine. Qꝛ ſicut dr̄ in actibus aplo⁊ pmo Cepit ieſus facere et docere. Que aūt ſit illa ſapiētia que docet bn̄ viuere: et bn̄ viuendo vitā eternā acquirere: oñdit beat⁹ auguſtin⁹ qui dicit. Inueniſti ſapiaꝫ ſi ṗo ris vite defleas pctā. ſi hui⁹ ſeculi ꝑuipendas deſideria. ſi eternam beatitudinē toto deſiderio concupiſcas: et ſi tibi ſapiūt ſingula ꝓut ſunt. Et notāter dicit ſingula prout ſunt. id eſt vt macula culpe ſit tibi amara. et bona eťna ſint tibi cara Ex hac auc̄te colligiť ꝙ vera ſapientia conſiſtit in tribus. id eſt in fuga pctōꝛū. in contēptu bonorum momentaneorū: et in appetitu bonorum eternorū. Et hec tria de⁹ noſter et magiſter noſter nos docuit ⁊ v̉bo et exemplo dum in mundo fuit. Fugam enim pcti docuit exemplo: qꝛ ſicut apl's petrus dicit. j. pe. ij. de ipō. Ipē eſt qui peccatū nō fecit: nec inuētus eſt dolus in ore eius Fugā peccati docuit etiā verbo qꝛ in oīb⁹ ſermonibus ſuis hortabatur peccatores pec

cata relinquere et ad veram penitentiam
ſe ꝯuertere. Math.iiij. Penitētiā inquit
agite: appꝛopiquabit vobis regnū celoꝝ.
Et alibi Lu.xiij. Niſi penitentiā egeritis
omnes peribitis. Et rurſū Luce v. Nō ve=
ni vocare iuſtos: ſed peccatoꝛes ad penitē
tiā. Et iteꝝ Luce.xv. Gaudiū eſt ange=
lis dei ſuꝑ vno pctōꝛe penitentiā agente.
Cōtēptum terrenoꝝ docuit ſimil'r exē=
plo: qꝛ in magna pauꝑtate naſci ꝛ viuere
et moꝛi voluit: ꝓut patet ꝑ totū ſeriē euā=
gelioꝝ: qꝛ natꝰ eſt de pauꝑe matre que nō
habuit tp̄e partus ſui vnde domū cōduce=
ret: nec veſtes quibus puerū ieſū inuolue
ret. Itē in pauꝑe loco.i.in publico p̄ſepio
qđ vocabat̄ diuerſoꝛiū: qꝛ ibi diuertebāt
ſua aīalia illi qui ad foꝛum veniebāt. Itē
pauꝑibꝰ pannis inuolutus et īter pauꝑe=
res beſtias.i.inter bouem ꝛ aſinū reclina
uit. De pauꝑtate aūt quā docuit viuendo.
dicebat ip̄e in euan. Math.viij. Vulpes
foueas habent: ꝛ volucres celi nidos: fili=
us aūt homīs non habet vbi caput ſuū re
clinet. Luce ix. De pauꝑtate quā docuit

 

moriendo. Interrogem⁹ euangeliū in quo
dicit᷑ ꝙ ip̄e fuit ſuſpenſus ⁊ mortu⁹ tot⁹ nu
dus in medio latronū: q2 diuiſerūt ſibi ve
ſtimēta ſua et ſuper veſtē ſuā miſerunt ſor
tem. Math. xxvij. Et ꝓpter hoc in ꝑſona
ſua dicit p̄s. lxxx. et vij. Pauper ſum ego ⁊
in laborib⁹ meis a iuuētute mea. Bn̄ ergo
docuit cōtēptū terrenoꝝ: exēplo et verbo
Unde ip̄e in euā. Math. v. dicit. Btī pau
peres ſpiritu qm̄ ip̄oꝝ eſt regnū celorum.
Itē diuiti petenti quo mō ipſe poſſet igre=
di viam ſapientie. reſpondit. ſi vis ꝑfect⁹
eſſe vade ⁊ vende omnia q̄ habes et da pau
peribus: et habebis theſaurum in celo: et
veni ⁊ ſequere me. Math. xix. Et dicitur
ibi ꝙ receſſit triſtis: erat enim habēs poſ=
ſeſſiones multas. Tūc dixit dn̄s diſcipl'is
ſuis ibidem. Amen dico vobis: quia diues
difficile intrabit in regnum celorum. Ite
rum dico vobis: facilius eſt intrare came
lum per foramen acus q̄ȝ diuitē itrare in
regnū celoꝝ. i. facilius aliū pctōrē ad pe=
nitentiā conuerti q̄ȝ diuitē acq̄rere regnū

dei: q2 vix poteſt eſſe q̄ non acquirat diui-
tias illicite: vel q̄ non amet immoderate
vel non expendat indebite. Per cameluz
enim q̄ eſt animal gibboſū et curuum: ſi-
gnificat̄ peccato2 qui habet co2 gibboſuz
et ad terrena inclinatū. Per fo2amen ac⁹
qđ artuz eſt ſig̃tur penitentia que eſt arta
via que ducit ad vitam. Luce. vi. Itez do-
cuit dn̄s contēptū terrenoꝝ cum dixit. ve
vobis diuites qui hic habetis conſolatio-
nem veſtram. Item qn̄ poſuit parabolam
de diuite et lazaro: quibus mo2ientib⁹: la
zaro in ſinu ab2ahe et in loco refrigerij re
cepto: diues ſepultus eſt in inferno. luce
xvi. Item qn̄ poſuit parabolam de alio di
uite qui dicebat aīe ſue: aīa mea mľta bo-
na habes repoſita in annos plurimos Lu
ce xij. Cui reſponſum eſt Stulte hac nocte
repetent aīam tuam a te: que autem para
ſti cuius erunt? Et hoc eſt ſcđm p2edictam
auto2itatē in quo conſiſtit vera ſapientia.
id eſt contēptus terreno2um. Tercium eſt
appetitus celeſtium et eterno2um quē eti
am docuit deus noſter et magiſter noſter

exemplo et verbo Math. xvij. Exemplo
qñ in monte thabor transſiguratus coraꝫ
diſcipulis oſtendit eis dotem claritatis q̄
erit in corporibus glorificatis: qm̄ facies
eius appuit clara ſicut ſol: et veſtimēta eiꝰ
facta ſūt alba ſicut nix. Math. ix. Itē re-
ſurgens a mortuis oſtendit eis dotē īpaſ-
ſibilitatis et immortalitatꝭ: qꝛ ſicut dicit
aplꝰs Ro. vi. xp̄s reſurgens a mortuis iā
non moritur: mors illi vltra non dn̄abiť.
Lu. vltimo. Itē qñ poſt reſurrectionē in-
trauit ad diſcipulos ianuis clauſis: oſten
dit eis dotem ſubtilitatis. Ioh. xx. Item
qñ videntibus aplꝭis in corpe et aīa aſcen-
dit in celum: oſtendit eis dotem agilitatꝭ.
Luce vltimo ⁊ actꝭ. j. Item erūt quatuor
dotes corpuꝫ glorificatoꝝ: quas oſtendit
dn̄s diſcipulis ſuis de facto in ſeipſo: vt
doceret eos appetitum eternorum. Docu
it etiam verbo cum dixit diſcipulis ſuis.
Math. xix. Vos qui ſecuti eſtis me ſede-
bitis ſuper ſedes duodecī. Et iteꝝ. Mat.
v. Beati eritꝭ cum maledixerint vobis ho
mines. Et iteꝝ. Lu. xij. Nolite timere pu-

ſillus grex: cõplacuit patri veſtro dare vobis regnũ. Sic ergo patet qualiter deus nr̃ et magiſter noſter docuit nos v̄bo et exẽplo veram ſapientiã que conſiſtit in his trib⁹ ſcilicet: in reſipiſcẽtia pctõrũ: in contẽptu terrenorum: et appetitu eternorum: que tria tãgunt in ſupradicta auctẽ. Auguſti. Inueniſti ſapientiã ſi prioris vite defleas pctã. Qꝫ aũt in his tribus conſiſtit vera ſapientia: patet rõne et auctẽ. Ratione ſic Rõne vera ſapientia eſt ſcire fugere ea que ſunt hmõi noxia et mortifera: certe ſic. qꝛ nihil eſt hmõi tam noxiũ et mortiferum q̃ȝ peccatum. qđ patet per Gregoriũ qui dicit in quadã collecta: qꝫ nulla nobis nocebit aduerſitas ſi nulla dñet iniq̄tas. i. nullũ peccatũ: ergo pctm̃ eſt hmõi noxium et nociuum Item qꝫ pctm̃ ſit hmõi mortiferum patet per apl'm ad Ro. vj. qui dicit. Stipendia pcti mors. Itẽ Ezech. pph̄a xviij. dicit. Aĩa q̄ peccauerit ipa morietur. Item dauid in ps. xxxiij. Mors pctõrũ peſſima. Item opus ſapiẽtis ẽ p̃cia reb⁹ iponere. i. ſcire apprcia-

ari res ſcdm valorē cuius ſūt. Et qꝛ momē tanea pui valoris ſūt: et eterna magni va loris ſunt. ſcdm phm in libro topicoꝝ qui dicit ꝙ magis ſunt appetenda bona diu- turni temporis ꝙ̄ bona pui tpis: cum oīa bona terrena ſint momētanea qꝛ in momē to perdunt: ꝛ bona celeſtia ſint eterna: qꝛ ab his qui habent ea non amittunt. Appa ret manifeſta ratione ꝙ vera ſapientia cō ſiſtit in cōtēptu terrenorum ꝛ appetitu ce leſtium bonorum. Item hoc idem poteſt probari autoritate Senece qui dicit. Si prudens fueris: tribus temporibus diſ- penſetur animus tuus. Pñtia ordina. Fu tura puide. Preterita recordare. qui eniz de preteritis nihil cogitat vitam pdit. qui autem futura non prouidet in omnia ma la incautus incidit. Ergo vera ſapientia eſt ſecundum Senecam recordari preteri ta. ordinare preſentia. et prouidere futu- ra. Igit vera ſapiētia ē in reb9 ſupdictis. Qd ptz ſic. Quia ad pteritoꝝ recordatio nem ſpectat penitentia pctōꝝ ad pñtiuz

ordinationem ſpectat contẽptus terreno
rũ ad futuroꝝ ꝓuiſionez ſpectat appetit⁹
eternoꝝ Et quia deus et dñs noſter ieſus
xp̃s docuit nos iſta tria verbo et exemplo
q̃diu conuerſatus eſt nobiſcum in noſtra
carne: ſecurius poſſumus dicere ꝙ ipſe ẽ
magiſter noſter veraciſſimus ⁊ ſapientiſſi
mus: ⁊ ꝙ ip̃e eſt ille deus noſter. de quo di
citur in baruth. iij. Prius hic in terris vi=
ſus eſt et cum hominibus conuerſatus eſt
Sequit̃ ibidẽ. Hic ẽ de⁹ noſter: et non eſti=
mabit̃ alius ad eum: hic adinuenit omnẽ
viã ſcientie. Et nota ꝙ bene dicit: adinue
nit. quia ante aduentum eius in carnem
via vere ſcĩe erat perdita. Omnes eĩ ſicut
animalia irrationabilia et inſenſata que
non cogitant niſi de eo q̃d vident. ita cogi
tabãt hoĩes tantum de p̃ſentibus: ⁊ nihil
aut paꝝ cogitabant de futuris: ⁊ hoc pro
ueniebat ex magno defectu ſapiẽtie. Vñ
dicit boeci⁹. Non ſufficit q̃d ante oculos ẽ
intueri: rerum exitus ꝓuidentia metitur
Sed venit deus noſter et magiſter noſter
ieſus xp̃s qui munduz excecatũ tenebris

 

malicie et ignorantie illuminauit virtute vite ſue et verbo ſapiētie ſue. quia ipſe eſt deus de quo dicit pſalmiſta ꝓo.cxlvj. Magnus dñs noſter et mag̃ virt⁹ eius et ſapiētie ei⁹ nō eſt numerus. Nota ꝙ ꝑmo ponit magna virtus ei⁹ ſcilicet in bñ viuēdo. qꝛ ſm augu. virtus eſt bona qualitas mentis id eſt bonitas mentis qua recte viuit̃ qua nemo male vtit̃. quā deus in nobis ſine nobis operat̃. Preponit ergo virtutē ſapientie. qꝛ virt⁹ reſpicit vitā ꝛ ſapiētia reſpicit doctrinā. Ad bonitatē aūt magiſtri primo requirit̃ bonitas vite ꝙ̃ doctrine. qꝛ ſicut dicit beatus grego. Cuius vita deſpicit̃ reſtat vt ei⁹ predicatio cōtēnat̃. Sequit̃. Et ſapientie eius non ē numerus. ſcȝ in cognoſcēdo et docendo. Cognoſcēdo ꝑterita pñtia et futura. et docendo vtilia. Bñ g̃ poterat mūdū illuiare et expellere tenebras ignorātie ī q̇ erat lumē innūerabilis ꝛ icōprehenſibilis ſapiētie. Faciam⁹ igr̃ ſm cōſiliū ꝓphete eſaye.ij.q̇ dicit. Venite ꝛ ābulem⁹ ī luīe dn̄i nr̄i. ſcilȝ pctā fugiēdo. tꝑalia ɔtēpnēdo. celeſtia appetēdo. Ad q̃ nos ꝑ-

ducat deus noſter qui viuit et regnat p in‑
finita ſecula ſeculoꝝ. Amen. [Ser. viij.
Oſter. Viſū eſt qualiter filiꝰ dei dicit
deꝰ noſter. qꝛ ipſe factꝰ eſt fratr noſter
dulciſſimus in ſua incarnatione: magiſter
noſter ſapientiſſimꝰ in ſua cōuerſatione
Tertio dico ꝙ ipſe eſt deus nr̄ qꝛ fuit pugil
nr̄ fortiſſimus in ſua paſſione. [ꝙ xp̄us fu‑
it pugil noſter fortiſſimꝰ.] Detinebat eī
diabolus oēs patres noſtros ⁊ oēs electos
qui trāſierāt ab hoc ſeculo a pricipio mun‑
di vſqꝫ ad aduentū xp̄i captiuos in carce‑
re inferni Non in illa pte inferni īferioris
in q̄ erāt eternalit dānati ſed in quodā lo‑
co īferni ſupioris q̄ dicebat limbꝰ. Et ad
illū limbū erāt in carcere ōs q̄ naſcituri e‑
rant de ſtirpe adā obligati ppt peccatum
pmi hoīs niſi aliqs veniret q̄ p nobis pug̃
ret ꝯ diabolū et ipm ſuperaret et clauſtruꝫ
eiꝰ frangeret et illos q̄ ibi tenebant in ca‑
ptiuitate reduceret. Et hoc fecit dn̄s ieſus
xp̄us pugil noſter fortiſſimus q̄ venit ī hūc
mūdū ad faciendū iſtud duellū quia totꝰ
vite eius decurſus nō fuit niſi quidā cum

antiquo hoste cõflict⁹. Quicq̃d ei fecit in hoc mũdo naſcẽdo viuẽdo moriendo: totũ fuit pug̃ cũ diabolo. Fuit enĩ duellũ ĩchoatũ in preſepio et t̃minatũ in crucis patibulo. Et eiſdem temptationibus in quib⁹ ſuperauerat primum hominem diabolus ſuperatus fuit per ſecunduz hominem. id eſt per chriſtuz. Superauit enim diabolus hominez primũ per gulam quando pomum vetituz comedit. Et chriſtus ſuperauit eum per abſtinentiam et penitentiam In qua a die natiuitatis vſq3 ad diez mortis vixit. Et quia primus homo peccauerat in fructu vetite arboris xp̃s ſuperauit in arbore crucꝭ ĩ q̃ guſtauit morſellũ amare mortis et cibũ aceti et fellis. Itẽ ſuperauit diabol⁹ adã p ſupbiã qñ eſſe ſimilis deo voluit. et pugil nr̃ ſupauit diabolũ p hũilitatẽ ⁊ vilitatẽ maximã ĩ q̃ nat⁹ ẽ ⁊ vixit et obijt. Itẽ ſuperat⁹ ẽ adã a diabolo p auariciam quando ſciam boni et mali concupiuit. Et diabolus ſuperatus eſt a xp̃o per paupertatem voluntariam in qua fuit ſẽper in natiuitate et in vita et in morte.

Sic ergo patet q vita xp̄i ī hoc mūdo nō fuit
niſi pugna cū diabolo. Finis aūt huius
pugne fuit in cruce in q̄ q̄ſi brachio ad bra
chiū luctatus ē xp̄s ꝯ diabolū. Diabol⁹ āt
ante iſtā luctā duo brachia habebat quib⁹
humanū genus expugn̄bat. Unū brachiū
erat poteſtas quā diabolus habebat trahē
di ſctōs ad limbū et hoc brachiū xp̄s oīno
ſibi abſtulit. qꝛ ex q̄ xp̄s ī cruce mortu⁹ fuit
diabolus nullū morientē ī bono ꝓpoſito ꝛ
ſine peccato mortali ad īfernū vel ad libū
trahē potuit. Aliud brachiū diaboli erat
poteſtas p̄cipitandi ī pctm̄. Et xp̄us iſtud
brachiū nō oīno ei abſtulit. vt haberemus
occaſionē pugne et victoriā ꝓ mercede co-
rone. ſed tamen iſtud brachium xp̄us ita ſi-
bi debilitauit q ipſe ex tūc nullū niſi ſpon-
taneū ad peccatū mortale trahere potuit.
Quod patet ſic. Duobus modis impelle-
bat diabolus hominē in peccatum. id eſt
per occultas et interiores temptationes ꝛ
per manifeſtas et exteriores tribulatiōes.
Sed xp̄us per predicationem ſuā et ſuorū
apoſtolorū ac eorū ſequaciū. ita reuelauit

 
ꝛ notas fecit fraudulentas temptationes et verſucias diaboli.ꝙ quilibet niſi negligens ſit ſue ſalutis faciliꝰ poteſt cauere ab eius deceptione. Itez per exēplū ſue bone patiētie et ſuoꝝ martyꝝ et per promiſſionez eterne corone ita aīauit nos et confortauit ad ſuſtinenda huius mūdi aduerſa ꝙ ſancti viri plus gaudent ꝙ̄ doleant in huius mūdi aduerſitatibꝰ.et plꝰ volūt oīa aduerſa pati ꝙ̄ cōſentire in delectatione vniꝰ peccati mortalis. Ita ergo debilitauit xp̄us pugil noſter noſtrū malignū hoſtem ꝙ de ip̄o dicit ambroſi.Debilis eſt hoſtis qui nō vincit niſi volētez. Dico ꝗ̄ ꝙ deus noſter factꝰ ē pugil noſter fortiſſimꝰ Fortis enī fuit qui fortem hoſtez ſupauit. de quo diciꝰ in iob.xlj. Non ē poteſtas ſup terrā ꝗ̄ cōpareꝰ ei qui factꝰ eſt vt nullū timeret.Fortior fuit quia nō ī maieſtate ſua ꝫ in īfirmitate ſua eſt aggreſſꝰ cū ipſo .occꝰ tata enī diuinitate ſua per infirmitatē carnis ſue quam morti expoſuit:mortē et diabolum qui habebat mortis imperiū deuicit.ſicē nos canimꝰ ī prephōne miſſe paſcha

lis. Qui mortem noſtram moriēdo deſtru
xit et vitam reſurgendo reparauit. Mor=
tu⁹ eſt ei ex infirmitate humanitatis: et re
ſurrexit ex potētia diuinitatis. Et patuit
ꝙ verū eſt illud quod dicit apl'us.j. coꝝ.j.
Quod infirmū eſt dei fortius eſt hoīb⁹ oī=
bus. In morte et paſſione quando ip̄e con
fligebat cū diabolo in baculo crucꝫ cornu
to abſcōdita fuit ſua fortitudo. ſed ī reſur
rectione manifeſta fuit. Et hoc duellū pre
uidit abacuth ꝓpheta quando ait. iij. ca.
Cornua in manib⁹ eius ibi abſcondita eſt
fortitudo eius. ante faciem eius ibit mors
egredietur diabolus ante pedes eius. No
ta ꝙ dicit cornua in manibus ei⁹. Faciens
figurā que dicit̄ ipalage. id eſt cōuerſio ſer
monis. ſic enī. manus in cornibus crucis.
Sed ad oñdendū ꝙ non patiebat̄ inuitus
ſed ſpontaneus. dicit cornua ī manib⁹ ei⁹
quia in manibus. id eſt in potentia et vo=
luntate eius fuit vt aſſumeret cornua cru=
cis. id eſt vt crucifigeretur vel non crucifi=
geretur. Sequitur. Ibi abſcondita eſt for=
titudo eius. Nōne bene abſcōdita erat ei⁹

 
fortitudo quando ille qui totum munduz poterat ī vno nutu ſubuertere permiſit ſe interfici tam vili et tam horribili morte:⁊ tamē ante faciē eius ibit mors.qꝛ ante cō‑ſpectū eius poſt mortē ad inferos deſcēdē‑tis:mors id eſt diabolus qui ē auctor mor‑tis fugit. quia illud magnū dñiū quod in mundo habebat perdidit. Fuit ergo fortꝭ qui fortē vicit.Fortior quia nō in maieſta‑te ſua ſed in īfirmitate ſua debellauit. For‑tiſſimꝰ vero fuit.qꝛ non ſolū fortē vicit nec ſolū in infirmitate ſua cōgreſſus fuit .ſ; eti‑am domū eius fregit et captiuos quos de‑tinebat eripuit.et ſecū in hereditatē cele‑ſtis regni introduxit. et hoc totū fecit per illam benedictam hoſtiam carnis ſue quā pro nobis in cruce obtulit: de qua nos re‑gratiantes ei canimus hunc hymnum.
O vere digna hoſtia per quam fracta ſunt tarthara. redempta plebs captiuata re‑dit ad vite premia. Cum rex ille fortiſſi‑mus mortis confractis viribꝰ:pede cōcul‑cās tarthara ſoluit a pena miſeros. Tunc

adimpletuz eſt in noſtro fortiſſimo pugile
id quod domin⁹ dicit in euangelio Luce.
xi.capitu. Dum fortis armatus cuſtodit
atriuz ſuum in pace ſunt omnia que poſſi=
det.ſi autem fortior illo ſuperuenerit et vi
cerit eum: vniuerſa arma eius auferet: in
quibus confidebat et ſpolia eius diripiet.
Ante aduẽtũ chriſti fortis armatus atri=
um ſuum cuſtodiebat. quia in cordib⁹ pec
catoruz quaſi domin⁹ in atrio ſuo habita=
bat et erat armatus: quia varijs deceptio
nibus cauebat ne recederet a ſeruitio ei⁹.
In pace erant que poſſidebat. quia nullo
contradicente animas iuſtoꝝ in limbo de
tinebat. Sed fortior illo ſuperueniens vi=
cit eum. quando xp̄us in duello crucis ip=
ſuz ſuperauit. Arma eius abſtulit quia po
teſtatem trahendi ſanctos ad limbum ſibi
abſtulit: et poteſtatẽ precipitandi in pec=
catũ ita eneruauit vt nullũ poſſit in pec=
catũ trahere niſi ſit valde negligens ſalu=
tis ſue. Spolia eius diripuit quando ifer=
nũ fregit ⁊ ſanctos q̄ ibi tenebant̃ captiui
ab initio mundi ſecum in palaciũ celeſtiſ

 
glīe introduxit: qñ angeli occurrentes ei quaſi redeunti de conflictu cum triũpho clamabãt.p̃s.xxiij.Quis eſt iſte rex glīe: Et reſpõdet eis. Dñs fortis et potẽs dñs potens in p̃lio.Et iterum dñs virtutũ ip̃e eſt rex glīe.Et bene dicit dñs virutũ.i.victoriaꝝ: qꝛ non ſolum diabolum vicit: ſed etiam omnibus fidelibus ſuis virtutez ei vincendi tribuit: et inſtrumẽta cũ eo confligendi eis reliquit. Inſtrumẽta enī qb⁹ xp̃s vicit diabolũ fuerũt. Crux ī qua xp̃s ſuſpenſus fuit.paſſio quã in eadem cruce ſuſtinuit.et corpus et ſanguis quem ꝓ nobis in cruce obtulit Qui ergo īpugnatur a diabolo aliqua tentatione: accipiat hec eadem inſtrumẽta: habeat ſignum crucis in fronte: habeat memoriam paſſionis et mortis dñice in corde: habeat ſacramentum altaris in quo veraciter continet corpus et ſanguis dñi in quotidiana imo in continua deuotione et affectione et veneratione.Et ſi habet iſta tria: faciliter poterit a ſe malignum hoſtem fugare: dummodo velit xp̄i ſeruus et miles eſſe: ita vt

credat eum fide vera ⁊ faciendo opera bo
na: caueat ab eius offenſa. Dyabolus
enim ſuperbiſſimus q̄ꝫ cito videt in aliquo
loco ſigna et vexilla quibus xp̄s reporta=
uit victoriā ab ipſo: ſtatim vertitur in fu=
gam. Et ꝓpter hoc homī timenti diabolū
conſulit dn̄s in Cantic. viij. dicens Pone
me vt ſignaculum ſuper coꝛ tuum. Itē in
Trenis. iij. Thau. Dabis eis ſcutū coꝛdiſ
laboꝛem tuum. Thau. eſt figura hebꝛea q̄
habet tria bꝛachia ſicut crux habuit. In
p̄ncipio anteq̄ꝫ quartum bꝛachium adde=
ret̄ ꝓ ſcribendo titulo: et ſignat xp̄m ī cru
ce ſuſpenſum: cuius laboꝛ in cruce eſt ſcu
tum coꝛdis humani: pꝛo ſuperanda omni
tēptatione: qꝛ ſcd̄m qd̄ dicūt ſctī: ſi paſſio
xp̄i ad memoꝛiam reducit̄: non eſt tā g̃ue
pondus qd̄ non equo animo tolleretur.

Ql ſignum crucis fugat diabolum]

Qualiter ſignum crucis fugat diaboluꝫ.
patet exemplum in beata Juſtina q̄ erat
quedam virgo ſanctiſſima in ciuitate anti
ochie: quā q̄dā iuuēis non valens terroꝛi
bus vel blandicijs ad amoꝛem ſuum alli=

cere. venit ad Cyprianum incantatorem qui precepit demonibus vt animum puelle inclinarent ad voluntatem iuuenis illius. Demones autem ad perſuadendū veniebant ad eam: modo in ſpecie nutricis ſue: modo in ſpecie matris ſue: ſed quam cito de conſenſu iuuenis ei mentionem faciebant. ipſa faciebat ſignum crucis: ⁊ demones ſtatim fugientes coram ipſa euaneſcebāt. Multa alia poſſent poni exempla de iſta materia. Sic ergo patet quo modo deus noſter factus eſt pugil noſter fortis: fortem hoſtem ſuperando: fortior cum ipſo in noſtra infirmitate cōgrediendo: fortiſſimus clauſtra eius frangendo: et illos quos detinebat captos liberando ſed pluſq̄ȝ fortiſſimus omnibus fidelibus ſuis virtutem ſuperandi eum tribuendo: et inſtrumenta cum eo confligendi eis relinquēdo.i.ſignū crucis memoriā ſue paſſionis et ſacramētū altarꝫ qđ eſt cōtētiuū ſui corporis ⁊ ſanguis Ergo hic ē deus nr̄ qui fact⁹ eſt pugil noſter et ꝓtector noſter

ſcdm illud ps.lxxxiiij. Protector nr aſpice deus et reſpice in faciē xpi tui.i.cuiuſlibet xpiani. Itē ps.xlv.deus noſter refugium et virtus. Revera hic eſt ille de⁹noſter q̄ inuocabant ſtrenui bellatores machabei qn̄ dicebāt. Da pacem dn̄e in diebus noſtris qꝛ non eſt ali⁹qui pugnet ꝑ nobis niſi tu deus noſter. Sic ergo patet qualiter xps qui erat de⁹noſter factus eſt pugil nr fortiſſimus in ſua paſſione. De quarto dicemus in ſequēti ſermone. Rogem⁹dn̄z deū nr̄m et pugillē nr̄m: vt det nobis ita portare ſignū crucis ſue in fronte noſtra et memoriā ſue paſſionis in corde: ⁊ habere ſacramentū ſui corpis et ſanguinis in cōtinua deuotione et veneratione: vt per illa tria poſſimus de diabolo triūphare: ⁊ poſt triumphum coronam paradiſi percipere Amen. Sermo.ix.

Oſter. In pcedenti ſermone dixim⁹ qualiter deus noſter factus eſt pugil noſter in ſua paſſione. Modo videbimus qualiter ipe facturus eſt iudex noſter i vltima ratione. Sic eniz dicit Eſay. xxxiij.

Dominuſ iudex noſter. dn̄s legifer noſter dn̄s rex noſter ipē veniet et ſaluabit nos. Qualiter autē veniet: oſtendit ꝓpha dd̄. ps̄. xlix. cū dicit. De⁹ nr̄ manifeſte veniet et non ſilebit. ignis in cōſpectu ei⁹ exardeſcet: et in circuitu ei⁹ tēpeſtas valida] De die iudicij. Nota ꝙ dicit manifeſte veniet qꝛ in p̄mo aduentu. i. qn̄ venit in carnē venit quaſi occulte et paucis ſcientibus aduentū eius. vtpote gabriele archāgelo et beata maria et ioſeph et paſtorib⁹ et regibus. Sed in ſcd̄o aduentu qn̄ veniet ad iudicium tunc veniet manifeſte: angelis et oībus ſanctis comitantibus ⁊ oībus nationib⁹. i. xp̄ianis: iudeis: paganis: ⁊ alijs p̄ntibus: ſicut ꝓmiſit per ꝓpha ʒ ſopho iij. dicentem. Expecta me in die reſurrectionis mee in futurum: qꝛ iudiciū meuʒ erit cū gentib⁹ vt cōgregē gentes et colligam regna. Primus aduentus fuit in magna humilitate. ſecūd⁹ erit ī poteſtate magna et maieſtate. In p̄mo fuit inuolut⁹ in pannoꝝ vilitate. In ſcd̄o indutus erit luminoſa immortalitate. In p̄mo inclinatus

fuit in preſepio. In ſecundo apparebit ſu
per valle ioſaphat in aere: in tam ſublimi
loco q̄ videri poterit ab omni mũdo. Vñ
ergo dicit manifeſte veniet. Sequit. Et
nõ ſilebit. verũ eſt: ſed ita alte clamabit: q̄
totus mund⁹ audiet: ⁊ viuentes et mortui.
Scdm̃ illud euã. Joh. v. Mortui q̄ in mo
numentis ſunt audiẽt vocem filij dei: et q̄
audierint viuent Et ꝓpter illius voc̃ emi
nẽtiã: vocat eã apl's tubã. j. Cor. xv. Ca
net ei tuba ⁊ mortui qui in xp̄o ſunt reſur
gent p̄mi. Illam vocem terribilem et ma-
gnificam timebat btũs Hieronim⁹ qui di
cebat Siue comedo ſiue bibo: ſiue aliquid
aliud facio: ſemper videt ſonare ĩ aurib⁹
meis illa vox terribilis. Surgite mortui
venite ad iudicium. Sequit. Ignis in
conſpectu eius exardeſcet. Sine dubio h
eſt ignis q̄ p̄cedet faciez iudicis: qui cõbu
ret et renouabit et purgabit totam exteri
orẽ figuraz huius mũdi: et aſcẽdet tantũ
q̄tũ aſcenderunt aque tẽpore diluuij: tũc
ei facta fuit purgatio mũdi ꝑ aquã: ſz tp̄e
extremi iudicij fiet per flammam. Et ille

ignis: bonis qui tunc inuenientur viui: erit purgatorius: malis autem erit initium eterni cruciatus ſicut dicitur in. ps. lxxxxvj. Ignis ante ipſum precedet ꝛ inflammabit in circuitu inimicos eius. Vidimus qualiter deꝰ noſter et iudex noſter in die generalis reſurrectiōis venturus eſt ad iudicandū: modo videamꝰ de forma et modo iudicandi. Eſt sciēdum ꝙ ſicut nos videmus in iudicijs pncipū terrenoꝝ vl' ꝑlatorū eccl'iaſticorū: in illo iudicio erūt diuerſe pſone: ꝛ ibi iudex ꝛ aſſeſſores: ꝛ iudicandi peccatores: ꝛ accuſatores ꝛ teſtes ꝛ auditis accuſatiōibus ꝛ teſtibꝰ: fiet ſententie diffinitiue, pmulgatio: bonoꝝ abſolutio et remuneratio: et maloꝝ condēnatio et incarceratio. Primo dico ꝙ ibi perſona iudicis. i. dñs noſter id eſt ieſus xp̄s cui pater dedit iudiciariam poteſtatē: ſm qđ ipſe dicit in euange. Joh. v. Pater iudiciū omne dedit filio. Judicabit autē ī natura hūana. in illa ſcꝫ natura ī q̄ ipſe iudicatꝰ fuit iniuſte ad mortē corā facie pilati pro ſalute totius mundi. In eadem ipſe

apparebit in die vltime rõnis iudex toti⁹ mundi. Et hoc eſt q ipe dicit in euã. Joh. v. Sicut enim pater vitam habet in ſemet ipſo: ſic dedit et filio vitã habere in ſemet ipſo. et poteſtatem dedit ei et iudicium facere qꝛ filius homĩs eſt. i. tantum humiliauit ſe q dignatus eſt homo fieri ⁊ in humilitate noſtra ad ignominioſũ crucis iudicari ſupplicium. ideo tantuꝫ exaltabit̃ in die iudicij q in eadem forma in qua ĩiuſte iudicatus eſt: fiet iudex totius mundi Et hoc cognouerat Job. xix. per ſpm̃ ſanctũ qñ dicebat. Scio enim q redẽptoꝛ me⁹ viuit: ⁊ in nouiſſimo die de terra ſurrectur⁹ ſum: et rurſum circundaboꝛ pelle mea: et in carne mea videbo deum ſaluatoꝛẽ meũ Dicunt enim ſancti q ſigna et inſtrumenta paſſionis ſue erũt p̃ſentia: et ſuper claritatem ſolis lucẽtia: et cycatrices vulnerum ĩ ſuo coꝛpoꝛe. i. in manibus ⁊ pedib⁹ et latere: et crux claui et lãcea: et illa que illata ſũt ei a peccatoꝛib⁹ ad penã et ignominiã: vertentur tunc ei ad maximã gloriam. Aſſeſſoꝛes vero erunt ibi ſcti apl'i

 
et ſequaces eoꝝ. id eſt perfecti viri qui ſecuti ſunt vitam xp̄i et apl'oꝝ oīa relinquēdo. et in pauptate et caſtitate et obediētia viuendo. Iſti erūt aſſeſſores iudicis ꝛ iudicabūt cū ipſo. non ꝑferendo ſentētiā ſed ſedendo ad iudicis dexteram. et approbādo et laudando iuſtā ſententiā. quia cōmunē ſtatū iuſtoꝝ tranſcenderūt viuendo. ꝓpter hoc ꝙ ſeruauerūt non ſoluꝫ precepta que ſūt neceſſitatis: ſed etiā conſilia q̄ ſūt ſupererogationis. Ideo ſpecialē honorem habebūt in iudicio. quia ipſi iudicabunt cum xp̄o ſm quod ipſe promiſit eis in euā. mathei. xix. dicens. In regeneratione cuꝫ ſederit filius hoīs ī ſede maieſtatis ſue: ſedebitis et vos ſuper ſedes. xij. iudicantes xij. tribus iſrael. Ibi dicit gloſa ꝙ per ſedes xij. intelligit̃ vniuerſitas iudicandoꝝ. Illi ergo qui ſecuti ſunt vitā xp̄i et apl'orū. ꝛ qui reliquerūt oīa propt̃ amorē xp̄i et predicationē euangelij illi inq̄ꝫ iudicabūt alij iudicabunt̃. Iſti ſunt ſenatores terre de q̄bus dicit̃ in eſaya. iij. Dn̄s ad iudiciū veniet cum ſenatoribus terre. Iudicandi ů

ſunt oẽs boni et mali oues et edi. Sic eniꝫ dr̄ i euangc. mathei. xxv. Cū venerit filiꝰ hominis in maieſtate ſua et angeli eiꝰ cuꝫ eo tunc ſedebit in ſede maieſtatis ſue et cō gregabunt̄ ante eū oẽs gentes: et ſeparabit eos ab inuiceꝫ: ſicut paſtoꝛ ſegregat oues ab edis. et ſtatuet quidem oues a dextris edos aūt a ſiniſtris. Per oues q̄ ponentur a dextris in quibus nichil eſt ĩfructuoſū. quia ouis eſt animal ſimplex ⁊ immolaticiū. intelligūtur boni qui tempus ſuum fructuoſe expenderūt et ſimplicit̄ ſine fraude vixerūt et coꝛpus ſuuꝫ in dei ſ̄uitio ĩmolauerunt. Iſti iudicabuntur ad recipiendū eternaꝫ vitam. pꝛopter hoc ꝙ deum ſuper oĩa dilexerūt et pꝛecepta eius ſeruauerūt. et ab eius offēſa ꝓpoſſe ſuo cauerūt: et pꝛopter hoc ꝙ pꝛoximis nō inuiderunt. ſed pauperibus cōpaſſi ſūt et mĩe opera fecerūt. pꝛopter hoc ꝙ nulli malū ꝓ malo reddiderūt. et pꝛopter hoc ꝙ in pꝛoſperitatibus non ſuperbierūt. nec i aduerſitatibus deſperauerūt vel murmurauert̄ aut blaſphemauerūt. pꝛopter hoc ꝙ coꝛpꝰ

ſuuz mūde cuſtodierūt. temporalia cōtē-pſerunt. eternā vitam ſemper deſiderauerūt et alios ad deſiderandū verbis et exē plis ꝑpoſſe ſuo accenderūt. ꝓpter hec ⁊ alia bona que iſti fecerunt in vita ſua ipi iudicabunt ad bonū ſuum. id eſt vt habeant illud quod deſiderauerūt ſemper. Sicut ſcriptū eſt prouerbiorū. x. Deſideriū iuſti dabit ei. Quid eſt deſiderium: Dicit alibi ꝓuer. xj. Deſideriū iuſti oē bonum. Quid eſt omne bonū: Deus qui eſt vnū ſolum ⁊ verū bonū. et ſolus poteſt ſatiare et iplere cor humanū. Iſte erit merces iuſtoruz ſm quod dn̄s ad abraham. Geneſis. xv. Noli tiere ego protector tu⁹ſū et merces tua magna nimis. Magna enī merces erit deus iuſtis. q2 libabit eos a pn̄ti miſia. Maior q2 libabit eos a dānatiōe ꝑpetua. Maxia q2 glificatos in corpe ⁊ aīa ꝑducet eos ad gaudia eterna. Per edos autē q̄ ponent a ſiniſtris intelliguntur reprobi qui ſicut fetidi ſeparabuntur a grege dn̄i ad mortem eternā. et hoc quia deū non dilexerūt nec mandata eius cuſtodierūt. ſed dū vixerūt

nis.i. ex auditu diuini ſermonis cõcipiũt ſpm̃ cõpũctionis ⁊ ꝓpoſitũ cõfitendi ⁊ ſcti ficandi ⁊ abſtinẽdi a peccatis.et q̃cito ſũt in tali ꝓpoſito ſtati de⁹ q̇ eſt vita aĩe: intrat in aĩam expulſo inde malo habitatore: id eſt diabolo. Intrat inq̃ in aĩaȝ q̃ſi ĩ domũ ꝓpͣaȝ ⁊ ſtatiȝ aĩa que pri⁹ erat ſpũalr̃ mor tua per receptionẽ ſpũs ſancti ſuſcitatur ⁊ viuificaṫ: qꝛ gemit de peccato ſuo et cõteri tur. ſm̃ illud ꝙ in ezechiele.xviij.dicitur. Quacũq̃ die inq̇t homo pctõr ĩgemuerit vita viuet et nõ morieṫ. Et tũc peccator re ſuſcitaṫ vita g̃tie mediãte dei ſermone. Id circo ipe poteſt dño dicere illud pſal.cxviij Eloq̇ũ tuũ viuificauit me. Certe virt⁹ pãis hui⁹.i.xbi dei bñ figurata fuit ĩ diabolo tẽ tãti xp̃m ⁊ ſibi dicẽti.mathe.iiij. Si fili⁹ dei es dic vt lapides iſti panes fiant. xp̃us rñ- dit.nõ in ſolo pane viuit homo.ſed ĩ oĩ ver bo quod ꝓcedit de ore dei. Fuit quidã hõ ĩ aliqua famoſa ciuitate q̇ p̃dicatõi verbi di nullo tp̃e volebat ĩtereſſe. Quadaȝ aũt die cõtigit ꝙ quidã famoſus p̃dicator ĩ illa ci- uitate p̃dicauit. Et cũ maxima multitudo

pl'i ad cū ꝯflueret. ille hō ab aliis tract⁹ q̄ſi iuitus ad ſermonē venit. Quē veniētē intuēs p̄dicator vidit diabolū retrahētē euȝ cū cathēa ferrea cui⁹ ānuli ex pctīs ſingl'i texebant: ⁊ ituēs ānulos cū i ſingl'is pctā ſingl'a recog̊uiſſet de pctīs egregie p̄dicauit. ⁊ q̊mō ꝓpt̄ peccatū habet diabol⁹ dn̄iū in hoīe: i tm̄ ꝙ nō p̄mittit ei facere bonum nec audire dei v̄bū. Qr iux̄ v̄bū ſapiē. ꝓū. v. Iniq̄tates ſue capiūt ipiū ⁊ i funib⁹ peccatoꝝ ſuoꝝ ꝯſtrigit̄ pctōr. Tūc iſte hō vniuerſa pctā de q̄bus ille p̄dicauerat v̄acit̄ i ſe recog̊ſcēs cū poſtea audiſſet ab eo oī v̄e penitēti q̄ʒtūcūqꝫ pctōri veniā a deo repromitti: ꝯtrit⁹ valde cepit flere amariſſime. Tūc p̄dicator vidit vnā lacrimā ab ocul'cadere ſup cathenā: q̄ lacrima cathenā dirupit: ⁊ ſtatī diabol⁹ p̄ tiore nimio fugit. Sermone aūt finito acceſſit ille homo ad p̄dicatorē et cōfeſſus ē oīa q̄cūqꝫ cōtra deū fecerat ī vita ſua. Et q̊ p̄dicator audiēs peccata que viderat i cathena miraculū ei narrauit ⁊ abſolutū a pctīs ⁊ i dei ſeruitio cōfirmatū abire p̄miſit. ¶ Qr v̄bū dei ꝯfortat in

 
anguſtia. Secũdo dico ꝙ panis verbi dĩ cõ fortat in tribulatione. Multi enĩ veniunt ad ſermonẽ grauiter deſolati: q̃ recedũt vñ bene cõſolati q: ibi audiũt q̃ta eſt mĩa dei que nunq̃ꝫ deſerit ſperãtes ĩ ſe: ſed ẽ ſemꝑ cũ ipſis in tribulatione. Etiã ibi audiunt q̃ta xp̃us et oĩs ſcti ſuſtinuerũt tormẽta. vt poſſent peruenire ad gaudia et̃na. Qr ſicut dicit̃ in actib⁹ apl'orũ. xiiij. Per multas tribulationes oportet intrare ĩ regnũ celoꝝ. Et inueniũt ꝙ ea q̃ ipſi ſuſtinẽt pauca et parua ſũt reſpectu eoꝝ que xp̃s ⁊ ſancti ſuſtinuerũt. Audiũt etiã ibi ꝙ ſm aplꝫ ad ro. viij. nõ ſũt cõdigne paſſiones huius tempis ad futurã gloriã que reuelabitur ĩ nobis. Paſſiones eĩ p̃ſentis vite ſũt momẽtanee. Sed tribulationes future vite eterne ſũt et ĩfinite. Re vera finiti cũ infinito: nulla ẽ cõparatio. Itẽ ibi audiũt q̃ ſupplicia ſũt parata illiſ q̃ ſuccũbũt tẽptatiõib⁹ ⁊ permittũt ſe ſupari ab illis. Et ecõtrario que gaudia ſũt pata oĩb⁹ q̃ reſiſtũt viriliť ⁊ reportãt victoriã de tẽptationib⁹. Ex oĩb⁹ iſtis cõfortant̃ tribulati q̃ñ veniũt ad ſmo

nes ⁊ degustāt panē v̄bi dei. Ita q̄ p̄dicator ĩ p̄ncipio ſmōis poſſet dicere auditorib⁹ ſuis id qđ dixit abrahā trib⁹ hoſpitib⁹ ſuis, put legr̄ ĩ geñ. xviij. afferā inq̄t buccellā panis ⁊ cōfortet cor v̄r̄m poſtea tranſibitis Et nota q̄ v̄bū dei q̄ de⁹ reficit ſuos fideles in vita p̄ñti pōt vocari buccella. i. refectio pua: q̄ꝛ pua ē refectio ſcōꝝ quā in v̄bo dei ſumūt dū ſūt ĩ via reſpectu illi⁹ refectōnis quā ipi habebūt de dei viſiōe ĩ pria. et tñ h̄ refectio ſup oīa cōfortat cor nr̄m dum v̄ſamur ĩ h̄ mari pleno fluctib⁹ tribulationū ⁊ tentationū: donec trāſeam⁹ ad ſalutꝫ portū. Et h̄ ē qđ figuratū ē ĩ v̄bis p̄dictꝫ. gene. xviij. Ponā ĩquit buccellā panis ⁊ ꝯfortet cor v̄r̄m poſtea trāſibitis. Exēplū de q̄dā bailliuo habem⁹ q̄ a dño ĩ bailliuia ſua ditat⁹ fuit: ita q̄ ſuos filios ⁊ filias valđ bñ et laudabilit̄ maritauerat ⁊ ſpōſos ac ſpōſas de genere nobiliū eis dedit. Ip̄e aūt tenerrime diligebat beatā dei genitricē virginē mariā ⁊. v. ei⁹ feſta celebrabat deuotiſſime: ita q̄ ĩ illis. v. feſtis faciebat prandiū magnū ĩ domo ſua oīb⁹ ſacerdotib⁹ et

 

clerici ⁊ dabat magnā elemoſinā oīb⁹ pau
p̄ib⁹ aliis. etiā alio oī tp̄e dabat paup̄ib⁹
q̄ veīebāt ad domū ei⁹ cā petēdi elemoſine
vn̄ poterat ſuſtētari ſemel ī die. Cōtigit āt
tēp̄e cuiuſdā kariſtie in q̄dā feſto beate ma
rie v̄gis dū p̄bri ⁊ ceteri clerici pranderēt
ī domo illi⁹ bailliui ⁊ maxīa mł̄titudo pau
perū expectaret ī vico p̄ recipiēda elemoſi
na poſt prandiū ꝙ dn̄s ei⁹ q̄dā comes ma
gn⁹ a q̄ ipſe tenebat bailliuiā trāſiuit p̄ vil
laꝫ illā ⁊ vidit maximā mł̄titudinē paup̄ū
cōgregatā ī vico: inq̄ſiuit cauſā ⁊ audito ꝙ
bailliu⁹ ſu⁹ tot elemoſinas daret p̄ deo: co-
gitauit de ſuo bailliuo ꝙ ip̄e eſſet ditioꝛ ip̄o
Et cū veniſſet ad ſuū caſtꝝ mādauit p̄ ſuo
bailliuo et fecit eū incarcerari dicēs ꝙ nō
exiret de carcere donec p̄ſolueret cētū mi-
lia librarꝝ p̄ ſua redēptiōe. Qui excuſauit
ſe q̄tū potuit dicēs ꝙ nl̄lo mō ip̄e nec tota
ſua p̄tela poſſēt tm̄ p̄ſoluere. ſꝫ ille comes
malus tirannus nullam excuſationem vo
luit recipere. Tādem ip̄e fecit ad ſe venire
ſuos filios ⁊ filias cū maritis ⁊ cōiugib⁹ ac
eorꝝ liberis rogans vt ponerēt cōſilium in

ſua redēptione. Qui habito int̃ ſe conſilio
dixerunt: ꝙ meliꝰ erat vt ipſe ſolus eſſet in
miſeria ꝙ̃ ipſi omnes et tota familia cū oī
ſua parentela. Tunc mandauit nobiles
terre quos ipſe ſolebat recipere ac reficere
ac veſtes et equos ⁊ canes ⁊ aues et alia do
na dare ⁊ petijt ab illis vt facerēt id quod
filij et filie noluerunt facere. Qui haben-
tes conſiliū inter ſe dicebāt ꝙ ſi ipſi defice-
rent ei qui eis tot bona fecerat in tanta ne
ceſſitate: nullꝰ deberet vlterius ī nobilibꝰ
confidere. Et rogātes ꝑ eo comitē nullam
potuerūt īuenire apd ipꝫ diſpēſationē Tā
dē cōcordauerūt ita cū comite ⁊ bailliuo:
vt poſſeſſionē dicti bailliui vēderēt ꝓmo: ⁊
reddito comiti ꝑcio de ꝓuētu reddituū ſu-
oꝝ redderēt comiti vſqꝫ ad perfectā ſoluti
onē cētūmiliū librarꝝ. Et tūc comes ab eis
iuramenta et cautiones ſufficientes rece-
pit: et bailliuum abire permiſit. Bailli-
uus autē videns ſe non habere domuꝫ ad
quaꝫ rediret: nec vnde vxorem ac familiā
paſceret: nec mō cōſueto viueret cogitauit
in aliā t̃rā fugẽ ne ī ꝓpa viuẽt cū erube-

ſcentia ex mendicitate Et dum fugiēs per
qđdā nem⁹ trāſiens: vidit ſup̱ vnū arborē
pulcherrimū iuuenē cantantē et tripudi-
antē et de ramo in ramū agiliſſime ſaltātē
Et cū peteret ab eo ꝙs eſſet: dixit. ego ſum
diabol⁹ q̇ gaudeo ſup̱ hͦ ꝙ tu in ſeruitio xp̄i
et matris ſue temp⁹ tuū ita male expēdiſti
ꝙ tu q̇ ſolebas alios paſcere: fugis in alie-
nam terram vt poſſis ibi viuere et mendi-
care: ſed ſi velles mihi ſeruire te eſſe ditio-
rem ꝙ̄ nūꝙ̄ fuiſti facerem: et ponerē te in
maiori honore. At ille hoc audiēs quaſi de
ſperans diabolo ſe ſeruituruꝫ ꝓmiſit et ei
omagiuꝫ fecit: et ad ſuggeſtionē ei⁹ deū ꝛ
ſuū baptiſmū denegauit Tūc diabolus ꝓ
ſigno tñ ſine dolore fecit ei vnū foramē in
brachio: et poſtea duxit eū ad quēdā locū
in ip̄o nemore et ſublata terra et lapidib⁹
latis: oñdit et obtulit maximū theſaurū ꝛ
dixit ei ꝙ quotiens vellet veniret illuc ꝛ ac
ciperet inde ad libitum. Et ille ita fecit: ꝛ
poſſeſſiones āpliores ꝙ̄ ꝑus habuiſſꝫ emit
Et in coop̱imentū ſui erroris in feſtis btē
marie iuitauit pbr̄os ꝛ cl̄icos ſicut ante cō

ſueuerat: ꝛ fecit elemoſinas q̃s ante facie-
bat egenis. Cōtigit aūt cū cl'ici ſemel come
diſſent ī domo ſua: ꝛ maxīa ml'titudo pau-
peꝝ eſſet ꝯgregata ꝓ elemoſina: ꝙ aliq̄ ro-
buſti ribaldi ceperūt turbā rūpere: vt poſ
ſent aū alios elemoſina recipe: q̄ irruenteſ
cū īpetu quādā paupculā femīam ita com
ꝑſſerūt: ꝙ filiū ſuū q̄ꝫ tenebat īter brachia
ei auulſerūt: ꝛ ſuffocatū ꝓpt' nimiā popl'i
ꝑſſurā: ad terrā cadere fecerūt. Turba aūt
recedēte: mulier hec filiū ſuuꝫ mortuū ſū-
pſit: quā ille ꝯuocās petijt ab ea ſi multum
diligebat filiū. At illa rn̄dit ꝙ diligebat eū
ſuꝑ oīa poſt deū. Nonne igit' inq̄t diues es
ml'tū irata? Rn̄dit mulier. ꝯtriſtari nō de-
beo q2 ſcio ꝙ ita placuit deo: ꝛ idcirco ei re
ḡtioꝛ q̄ꝫtū poſſū ſuꝑ h̄. q2 dn̄s dedit dn̄s ab
ſtulit: ſicut dn̄o placuit ita factū eſt: ſit no-
men dn̄i benedictū. Job .j. Tunc ille diueſ
ſibi pecuniā dedit ꝓ filij intumulatione et
pro ſua ſuſtentatione cepit in corde ſuo ex
compatiōe illi⁹ mulieris ſeip̄m arguere: co
ꝙ nūq̄ꝫ tātā tribulationē ſuſtinuerat ſicut
illa mulier que inde deo regr̄abat' et ipſuꝫ

bn̄dicebat: et ip̄e diues in p̄ma tribulatio ne que ei acciderat: deuz negauerat et deſperauerat et diabolo omagiū fecerat. Et cum cogitaret periculū ſuū ꝛ eſſet ī maxia cordis angaria: contigit duos fratres religioſos coram domo ſua tranſire: quos vſqꝫ in craſtinū retinuit. Et dū diſcūberēt poſuit ſe in medio fratrum: ſed pre nimia deſolatione non poterat comedere nec bibere nec illa nocte potuit quieſcere nec dormire. Vn̄ fratres bene aduerterūt ipſum eſſe in magna cordis anxietate: et ꝯfortauerūt eum q̄tū potuerūt. In craſtino aūt noluit eos dimittē abire donec pranſi eſſēt dicens ꝙ poſt p̄ndiū volebat eos ꝯducē: et de ſua ꝯſcīa tractare cū eis in itinere Tūc illi duo frēs iuerūt cū ip̄o ad eccl'az: ꝛ vnꝰ illoꝝ miſſam celebrauit ꝛ aliꝰ ei ſeruiuit et predicauit. Ille autem diues audiens de oſtio eccleſie fratrez excellentiſſime predicantem de dei mīa: q̄to plus audiebat: tā to magis cor eius conterebatur et penitebat. Facto aūt prandio: premiſit ſuū armigerum cum canibꝰ: ſꝫ ip̄e ſolū cū his fribꝰ

intrauit nemus. Et narrans ordinez vite ſue: et qualiꝰ ſeductꝰ fuerat a maligno hoſte: cui ipſe in ſpecie homīs obuiauerat in eodē nemore: ꝯfortatꝰ eſt ab eis. ⁊ facta cōfeſſione cū cordis ꝯtritione: abſolutꝰ et de venia aſſecuratꝰ. Frēs aūt regrātes deo de eiꝰ ꝯuerſione. Recedentes ab eo: rogauerunt deū vt oſtenderet huic diuiti aliqđ ſignū ꝙ ipē ꝑ verā penitētiā quā in eo viderant: ſciret ſe euaſiſſe diaboli dn̄iū: et obtinuiſſe a deo ſuoꝝ veniā pctōꝝ. Quoꝝ deꝰ vota exaudiuit. Nam cum ipē rediret ſolꝰ vidit ſuꝑ quādā arborē iuuenem terribiliꝛ eiulantē et lachrimantē ac ſeipm̄ ꝟberātē et capillos euellantē. Et cum q̄reret ab eo q̄s eſſet. Rn̄dit ſe eſſe diabolū. Et requiſitꝰ quare ita doleret et ſe affligeret Rn̄dit qꝛ ꝑdiderat hoīem ſuū q̄ in eodē nemore fecerat ſibi omagiū: et neſciebat quo quereret eum. Et cū ille diues quereret ab eo ſi ipſe eſſet ille homo quē querebat. Demō ait. feci ſibi ꝓ ſigno magnū foramen in brachio oñde brachiū ⁊ ſic videbo ſi tu es ille homo quē q̄ro. Tunc ille cū magno timore nuda

uit brachiũ: ſ3 nullum veſtigiũ foraminis appuit. Tũc demõ hoc viſo dixit ꝙ in ipſo nihil recognoſceret de ſuo. et ſic cum ĩpetu magno ab eiꝰ aſpectu receſſit: ⁊ ſubuertẽs arbores quaſi fulgur ꝑ nemꝰ fugit. Jlle autem diues intelligẽs ſe erutũ a diaboli omagio ⁊ recõciliatũ deo letuſ ad ꝓpã remeauit domũ: ⁊ vitã in ſcitate ꝯſũmauit. Ecce q̃liꝭ panis xbi dei ꝯfortat in tribulatione. Rogemꝰ dñm vt ita nos faciat deguſtare panẽ doctrine diuine: vt fortificati ⁊ ꝯfortati hoc pane: nõ frangamur ab aliq̃ tribulatione: ſ ꝑ viã patiẽtie poſſimꝰ ad regnũ celoꝝ ꝑuenire: in qḋ nõ ĩtraꝭ niſi per tribulationẽ ſicut ſupiꝰ dictũ eſt. ad qḋ regnũ nos ꝑducat ieſus xp̃s dñs nr̃ qui ſine fine viuit et regnat in ſecl'a ſecl'oꝝ. [Q̃ʒ xbũ dei ꝯfirmat ĩ bono ope] Ser. xxxvj.

Anẽ nr̃m q̃tidianuʒ da nobis hodie. Supiꝰ viſũ eſt qualiꝭ panis doctrine ꝑmo viuificat reſuſcitando a pctĩ morte. ſecũdo ꝯfortat in tribulatione. Jtẽ dico tercio ꝙ ꝯfirmat in bona opatione: ſic. p̃ ciiij. ꝑhibet dicens. Et panis cor hois cõfirmet.

Cōtigit eni̇̄ frequēter ꝙ aliq̄s q̄ diu vitam bonā duxit. Impulſus aliq̄ mundi vel carnis aut diaboli tentatione vult vitā ſuā bonā deſerere ꝛ ſeipm̄ pctō exponere. ſ; qn̄ venit ad ſermonē ꝛ accipit verbi dei refectionē: vel apit alicui ſcō hoi̇̄ ꝛ ſm̄ deū ſapiēti ſecrete ſuā tentationē: ꝛ ex ꝯſolatione v̄bi dei aīaſ et ſpūaliť fortificaſ: et cor eiꝰ ſupata tentatione: in bona vita et in bono ꝓpoſito in dei ſeruitio ꝯfirmaſ. Ad modū illiꝰ qui ex itinere vľ labore aut fame eſt nimus fatigatꝰ: et ex deguſtatione panis vel alicuiꝰ cibi boni recreaſ ꝛ reuigoraſ Exemplū legimꝰ de quodā nouicio q̄ fuit ī abbatia clareuallis tp̄e b. ber. abbatꝭ: qui totis ſuis viribꝰ laborabat ꝯtinue omībꝰ monachis ſeruire: ſed tn̄ nō poterat gr̄am eorū acq̄rere: nec aliquid facere qđ poſſʒ alicui placere: ꝓpť qđ circa finem anni. venit ad ſctm̄ bernardū dicens ſe velle recedere: qꝛ videbatur ſibi ꝙ ſuum tempꝰ et ſuū laborē amitteret infructuoſe: et quia ſuum ſeruitium non erat alicui acceptum. Cui beatꝰ bernardus reſpondit. Ne recedas fili: q̄a

 
vere credo q̄ plus meruiſti in hoc anno: q̄ꝫ ego meruerim in toto tp̄e quo fui in religi=one: qꝛ tu ſeruiuiſti d̄o: quaſi de tuo ꝓprio. qui nō inueniens gr̄am apud hoīes: tamē ꝓ acq̄renda dei gratia noluiſti dimittere religionem tuam: et habuiſti in verbis et in īpugnatione fratrū patiētiā. Ego autē ſeruiui deo non de meo ſed de ſuo: et dedit mihi gratiam quaſi quādam ſalſam ſapo=rantē et dulcificantez mihi meos labores. vn̄ mihi quaſi infirmo ꝛ fragili non dedit hanc tentationē quā tibi dedit: ſed michi dedit quādam cōplacentiā et dulcedinez: vt ſicut infirmus onus religionis portarē facilius. tibi autē tāq̄ꝫ robuſto ꝛ virilis ani mi dedit hanc tentationem vt probaret: ꝛ ſubtraxit tibi ad tempus gratiam homīꝫ: quia volebat q̄ ei quaſi de tuo ſuires. Qn̄ nouitius audiuit hec: confirmatus eſt ver bis ſancti bernardi abbatis ſui quaſi q̄dā ſpirituali cibo. et ſic in abbatia remanſit ꝛ in dei ſuitio laudabiliter vitā finiuit. Sic ergo patet qualiter panis verbi dei viuifi=cat reſuſcitando a pc̄ti morte: et confortat

in tribulatione ⁊ tentatione: ⁊ ꝯfirmat et corroborat in bona opatione: quā ꝯfirmatione nobis ꝯcedat ieſus xp̄s q̄ eſt in ſecl'a bn̄dict⁹ amē. [Q᷑ panis verbi dei illuminat in vera fide.] Sermo.xxxvij.

Anem noſtrū q̄tidianū da nobis hodie. Viſū eſt de pane doctrine q̄lr̄ viuificat et ꝯfortat ⁊ ꝯfirmat. Quarto dico ꝙ iſte panis illuminat in vera fide et in agendoꝝ cognitione. ſm illud. p̄s.cxviij. Declaratio ſermonū tuoꝝ illuminat et intellectū dat puulis. Et iteꝝ ibid. Lucerna pedibus meis v̄bū tuū ⁊ lumē ſemit; meis Paruuli corā deo ſūt illi q̄ humilr̄ audiūt verbū dei: pedes aīe ſūt cognitio ⁊ voluntas. Illuminat ḡ verbū dei pedes puuloꝝ .i. cognitionē ⁊ affectū humiliū. ad cognoſcendū q̄ ſunt credēda. i. articulos fidei: q̄ ſunt agenda. i. p̄cepta dei: q̄ ſūt fugienda .i. pctā ⁊ opa diaboli ⁊ ꝯcupiſcentie carnis ⁊ mundi: que ſunt timenda. i. pene īferni. ⁊ que ſūt ſperanda. i. gaudia paradiſi. Ad hec oīa cognoſcēda illūīnat mentales oculos panis verbi dei. Sicut enim nos vide-

mus corporalit᷑ ꝙ ex nimia exinanitōe ⁊ fame caligāt corporales oculi: ⁊ ex cibo ſumpto fiūt lippidi. ſic illi q̄ panē ſcripture raro aut nunꝗ̄ deguſtāt circa credēdoꝝ et agēdoꝝ cognitionē ceci fiūt: et valde errāt. ſm̄ qḋ dn̄s ī euā. mathe. xij. dicit ſaduceis qui nō credebāt reſurrectionē. Erratis ei neſciētes ſcripturas neqꝫ v̾tutē dei. Qr ſic dicit apl's ad ro. xv. Oīa q̄cūqꝫ ſcripta ſūt ad noſtraꝫ doctrinā ſcripta ſūt. ⁊c̄. Nota ꝙ tria dicit. ſcilicꝫ doctrinā et patiētiā et cōſolationē. qr oīs ſcriptura eſt ad docēdū ignorātes: ad roborandū patiētes: ⁊ ad cōſolādū triſtes ſeu puſillanimes. Ignorantes ne decepti. Patiētes ne fracti. Triſtes ſeu puſillanimes ne illecti ab amore dei ſeparemur. Sed illi q̄ panez ſacre ſcripture cōſueuerūt guſtare frequēter ac deuote. illuminātur inde ad cog̃ſcēdū deū ⁊ ea que dei ſūt. hoc ē p̄ verā fidē: et inde p̄ducūtur ad cognitionē illā q̄ erit in futuro p̄ manifeſtā viſionē. Cognitio aūt dei p̄ verā fidez facit hoīem in p̄nti bn̄ viuere. Cognitio āt dei q̄ erit ī futura vita p̄ manifeſtā viſionē

faciet hoīez ī futuro beate viuē. Et ad vtrā
ꝗ viſionē ꝑducit panis ſacre ſcripture. Et
hoc optime figuratū fuit ī duob⁹ diſcipul'
amahu et cleopha eūtib⁹ ī emaus. q̄b⁹ dn̄s
poſt reſurrectionē ſuā in ſpecie peregrini
in itinere appuit: ⁊ īcipiēs a moyſe ⁊ ꝓphe
tis oībus ⁊ ſcripturis q̄ de ip̄o erāt aperuit
luce vlti. Et vt oñderet eis ī miniſterio qđ
iaz oñderat ore ꝓp̄o dr̄ ibiđ ꝙ ip̄o epulante
cū ipſis: ip̄i cognouerūt eū ī fractione pa-
nis. Panis aūt ſp̄ūalis ſp̄ūaliter frangit'
qñ ſacra ſcriptura nō nimis ſubtiliter ſed
manifeſte intelligit': et ſm capacitatez au-
ditoꝝ exponit'. ⁊ tūc ppl's ī dei cognitione
illumiat' ⁊ ad vitā et'nā diſpōit'. Et ſicut di
cit dn̄s ī euan. beati ioh. xiiij. hec eſt vita et'
na vt cognoſcāt te deū verū: et quē miſiſti
ieſum xp̄m. Placet mihi recitare quoddā
exemplū quod īueni ſcriptū ī hūc moduz.
Quidaz magn⁹ predicator verbi dei et fer
uore fidei ſuccenſus tranſfretauit vt īfide-
libus predicaret. ⁊ cū ī quadā ciuitate ſar
racenorū predicaſſet fidem xp̄i: quēdā viꝝ
magnum ac notabilez illius ciuitatis con

ũtit. q̃ in breui in ſcĩtate vite ita pfect⁹ fuit
et ĩ doctrina fidei q̃ dictũ ẽ ei a dño vt exi-
ret ad p̃dicandũ vite v̾bũ. Tũc egreſſus eſt
neſciens q̊ iret ⁊ aſcendẽs quãdã nauẽ no-
luit vti nautaꝝ officio ſed dimiſit eaȝ regi-
mini dñi gubernandã. Tãdẽ applicuit ad
quandã inſulã paganoꝝ in qua erat q̃daȝ
magna ciuitas quam ingreſſus inuenit re
gem eius in aula cũ ſuis philoſophis con-
ferentẽ. Coram quib⁹ cũ fidem xp̃i inſtãter
ac viuaciſſime p̃dicaret. Unus ceterꝭ ſapi-
entior ĩſultans ei cepit fideȝ xp̃i deridere.
Tũc predicator cõuerſus ad dñm coraȝ il
lis cum lacrimis dixit. obſecro eũ cuius fi
dem credo et p̃dico: vt oſtendat hic ſignis
euidentibus quis ex nobis falſidic⁹ ſit vel
verus. Statimq̧ ille corruẽs ſuffocatus a
diabolo expirauit. Tunc ille predicator a-
lijs dixit. Saltim ammodo credite verbis
meis. Tunc territus rex dixit. Non poſſuȝ
tibi pfecte credere niſi oñderꝭ michi adhuc
aliđ ſignũ. Tũc ille. ego inq̃t oñdã tibi viſi-
onẽ quã ĩ ſomnis vidiſti ⁊ nõduȝ eã alicui
ꝑpalaſti ⁊ p⁹ea oñdã tibi ꝯtũuo q̃ ſit illi⁹ ex

poſitio. Tu vidiſti nõ caſu: ſ; oſtendēte deo altiſſimo duo lilia creſcere de t̃ra q̄ ĩ p̄nci-pio fuerũt pulchra valde: ſʒ poſtq̄ȝ orta ſũt preciſa cõtinuo aruerũt: et ex eorũ radice plures roſe ſũt exorte q̄ õs erãt colore mar cide. ſed in ſũmo eaꝝ creuit roſa niuei co-loris atq̄ȝ pulcherrimi ex q̃ egreſſa eſt yma go pueri vltra modũ aſpectu admirabilis et decoris. Cõtra quã ymaginē pugnauit ſerpēs viſu terribilis et vl̃nerauit eã ĩ oĩbꝫ mēbris. ſerpēs tñ ĩ pugna corruit ⁊ vltra ñ reuixit. Cũ aũt tu cõtriſtatꝰ de puero nimi um doleres. puer ſurrexit: et te vidēte ſur-ſuȝ altiſſime cõſcēdit ĩ tm̃ q̄ a te vlteriꝰ vi-deri nõ potuit. hec fuit rex tua viſio: ⁊ ecce eius int̃p̄tatio. Expoſitio. Duo lilia d̄ terra creſcētia ſũt noſtri p̄mi parētes adã et eua q̄ de terra paradiſi terreſtris preciſi ſũt q̄ȝcito peccauerũt ⁊ p̄ceptũ ſui creatorꝭ tranſgreſſi ſũt. Ex q̄bus orte ſũt roſe mar-cide. i. õs pſone q̄ orte ſũt de coꝝ ꝑpagati-one: q̄ȝ oēs naſcunt̃ originali pctõ infecte Roſa vero pulcherrima q̄ ĩ ſũmo ipſaꝝ eſt orta fuit beata virgo maria de ſtirpe p̃riar

chaꝝ et regũ ac põtificũ nata ⁊ añq̄ naſcẽ
tur a pctõ originali ſctificata ⁊ mũdata fu
it. Ymago pueri de illa pulcherrima altiſſi
ma roſa egrediẽs fuit xp̃s de virgĩe naſcẽſ
Serpẽs pugnãs cõtra puerũ eſt diabolus
cõfligẽs ꝯ xp̃m: et hec pugna fuit ĩchoata
in xp̃i natiuitate: et finita in eiꝰ paſſione ⁊
morte: qꝛ totꝰ vite xp̃i decurſus nõ fuit ni-
ſi quidã cũ antiquo hoſte cõflictus In hac
pugna ſerpens ſine releuatione cecidit qꝛ
diabolꝰ a xp̃o in morte ſua ſuperatꝰ. cõtra
xp̃z vltra nõ ꝓualuit et illos quos tenebat
captos in ĩferno ſine recuperatione perdi
dit. Puer vero in illa pugna cũ ſerpẽte ini
ta cecidit: ſed cito ſurrexit: qꝛ die tⁱa poſt
paſſionez ſuaz a mortuis reſurrexit: et die
xl. pꝰ reſurrectionẽ ſuã ĩ altũ. i. ĩ celũ ꝑhen
nit̃ reg̃turꝰ ꝯſcẽdit: ⁊ hũaĩs aſpectibꝰ mor
taliũ vltra nõ ꝯparuit. His auditis ille rex
in xp̃m credidit et baptizari ſe fecit. Et ſic
patz q̃lit̃ panis v̈bi dei q̄ ille ꝑdicator imo
xp̃s ꝑ os eiuſ ꝑdicatoris diſtribuit illi re-
gi et ipſuz in vera fide illuminauit. Et hic
eſt quartus effectus panis doctrine videli

cet ꝙ ille panis illumīat ī credēdoꝝ ⁊ agē-
doꝝ ⁊ timēdoꝝ ⁊ ſperādoꝝ cognitiōe. quā
grām nobis ꝯcedat de⁹. amē. Q: verbū dī
delectat ī frequēti guſtatiōe. Ser. xxxviij.
Anez nr̄m q̄tidianū da nobis. Supi⁹
viſū ē q̄lit̄ panis doctrine p̄mo viuifi
cat reſuſcitando a pctī morte. ij. cōfortat ī
tribulatiōe. 3. ꝯfirmat ī bōa opatiōe. iiij. il
luīat ī v̄a fide ⁊ ī agēdoꝝ cognitiōe. Quin
to dico ꝙ panis doctrine delectat ī frequē
ti deguſtatiōe ⁊ aſſuefactiōe. ſic̄ patꝫ ī aliq̄-
bus benignis religioſis ⁊ ppl'arib⁹ ⁊ agri-
colis ⁊ mulierib⁹: q̄ ita delectātur in degu
ſtatione hui⁹ panis. i. ī auditu diuini ſmo-
nis ꝙ nō poſſūt iā ſaciari nec faſtidiri: ſed
q̄tidie deſiderāt hui⁹ panis miniſtrationē
Vn̄ hic eſt panis deſiderabil': cui⁹ defectū
plāgebat ille q̄ dicebat. danie. x. Panē de-
ſiderabilē nō cōedi. et ī gen̄. xlix. legr̄. aſer
pīguis panis ē. Aſer ſiḡt q̄libet fidelē xp̄i-
anū cui⁹ panis ē pīguis. i. v̄bū dei qđ īpin
guat aīaꝫ deuotione ⁊ ſatiat eā īterna dul-
cedine. Quātū delectat panis iſte coꝛ hu-
manū patꝫ ꝑ quoddā exēplū qđ iueni ſcri-

ptū ſic. Eṗs cuiuſꝺ ciuitatꝭ miſit q̄buſꝺ religioſis carnes i ſeptuageſi̅a ad ſuū carniſꝑuiū faciendū. ſ₃ ꝑuſq̄₃ cibū ſumerent ſicut moꝛis erat eis ꝺe v̄bo ꝺei collatione₃ habuerūt i cui⁹ ꝺulcedine in tm̄ ꝺelectati ſūt ꝙ ſumere cibū obliuiſcētes obꝺoꝛmierūt vſq₃ in paraſceuē: et pluri⁹ interi₃ ad eos cauſa ꝺeuotionis ꝯfluētib⁹ cū nullum ibi audirēt credebāt eos ob reuerētiā quadrageſime ꝺeuotioni et oꝛōni i̅ſiſtere: ⁊ colloq̄a ſeculariū ꝺecli̅are. S₃ cū xp̄iani i paraſceue viſitātes eccleſias illuc veiſſēt clauſas ianuas i̅uenerūt. Sed cū pulſantib⁹ illis null⁹ aperiret: admirantes cū ſcalis ꝺe ſuper i̅trauerūt et viꝺētes menſas et carnes ꝺeſuꝑ poſitas ⁊ eos ꝺeſuꝑ ꝺoꝛmientes non excitauerunt eos: ſed ꝺenūciauerunt hec ep̄o ciuitatis. Qui motus ſuper hoc ḡuiter acceſſit ad locu₃ et inuenit ſic̄ fuerat ſibi reuelatū. Et putans ꝙ obꝺoꝛmiſſent ꝑ̄ ebrietate clamauit. Surgite ſurgite. Ad cuius voce₃ ſurgentes inſ̄rogati ab eo cur carnes pꝛeparaſſent temꝑe tali: reſpōꝺerūt ꝙ erat ꝺies ſeptuageſime in q̄ conſueuerāt

carniſpūiū facere ꝛ accipe: ꝛ ꝙ carnibꝰ q̄s eis miſerat apparatis paululū obdormie=rant in verbi dei collatione. Ep̄s autē vo=cans armigeruz q̄ carnes eis ex parte ſua in .lxx. attulerat: vide inq̄t et diligent᷑ cōſideraꝛ vtrū he ſint carnes quas ego ꝑ te miſi eis in .lxx. Qui reuerſus eaſd̄ eſſe carnes veriſſime nunciauit. Tūc ep̄s dixit eis vt abſtierent a carniū refectione vſq₃ ad diē paſche: inſinuans eis ꝙ eſſet dies paraſceue. Carnes aūt ſuꝑ mēſam erant recētes ꝛ ſane: ſed q̄cito de menſa fuerunt remote: ſtatiz in puluerez ſūt redacte. Ecce quā tuz delectat corda deuota panis ſacre ſcripture Et ſi loqui de eo tantū delectat ī hac mortali vita: tamē poſſumꝰ cogitare q̄tum delectabit videre ip̄m facie ad faciē in illa celeſti gloria. Sic ergo patet de .v. ꝓꝓetatibus panis doctrine .i. qualit᷑ vbū dei viuificat: ꝯfortat: ꝯfirmat: illumīat ꝛ delectat
Sed prothdolor hodie verificatur illud qd̄ dicit iere. ꝓpheta in trenis .iiij. Paruuli petierūt panē ꝛ nō erat qui frangeret eis. Paruuli .i. humiles ꝛ minuti ꝓl̄i petierūt

 
panē.i.verbū dei ſpūalē refectionē: et nō eſt qui frangat.i.qui verbū dei iuxta capacitatē audiētiū plane ac plene et intelligibiliter ac vtiliter exponere ſciat: qꝛ cū totus mūd⁹ plen⁹ ſit prelatis ꝛ religioſis ꝛ ſacerdotib⁹ ac clericis: tāq̄ʒ pr̄ib⁹ ſpūalibus tñ valde rarus eſt qui panē ſacre ſcripture fidelit̄ ſpūalib⁹ filijs.i.fidelib⁹ popl'is ſciat diſtribuere. Vñ hodie verificat̄ int̄ nos illud ꝓphicū oſee.iiij. Et erit ſicut popl's ſic ſacerdos. Et qꝛ pauci ſūt qui frāgāt panē ſacre ſcripture ppl'is in apto: tñ ml'ti frangunt eis panē prauitatis heretice et falſe doctrine furtī in abſcōdito: ꝛ potāt immo potionāt eos aquis furtiuis.id ē falſis doctrinis ꝓcedentib⁹ de fōte diabolico. De q̄bus aquis ꝛ de q̄ pane dicit ſalomō ꝓū.ix. Aq̄ furtiue dulciores ſūt: et panis abſcondit⁹ ſuauior. Et certe dulciores ſūt aliq̄b⁹ qui citi⁹ credūt heretico et vetulis ꝛ carminatricib⁹ et diuinis ac ſortilegis: q̄ʒ ſancti p̄dicatorib⁹. Igit̄ hic eſt ſcd̄s panis.id ē doctrine de quo poſſum⁹ intelligere illud qd̄ petim⁹ in dñica orōne cū dicim⁹ panez

nr̄m q̊tidianū da nobis hodie. Et ē ſenſus O pr̄ celeſtis da nobis hodie.i. ī pn̄ti vita q̄ voluit̄ de die in diē: et que nō eſt niſi vna dies breuiſſima ſi cōparet̄ ad eternitatez: da nobis inquā panē nr̄m ſpūalē.i. verbi refectionē. q̊tidianū.i. q̄ neceſſarius eſt nobis q̊tidie. q2 ſicut corp9 indiget q̊tidie pane corpali ſic ſpūs q̊tidie eget pane ſpūali ne ꝓpt̄ defectū hui9 panis ꝯtingat ei illud dauiticū. p̄s.cj. Percuſſus ſū inquit ſicut fenum: et aruit cor meum: q2 oblit9 ſū comedere panē meū. Sicut ei fenum ꝑcuſſū ⁊ abſciſſum a radice ſua deſinit vireſcere ⁊ areſcit: ſic cor hoīs niſi nutriat̄ ſpūal'r pane verbi dei: ꝑ ſubtractionē diuine gr̄e ſpiritual'r morit̄ ⁊ deficit ⁊ vigorez boni oꝑis ꝑdit. Da ergo nobis dn̄e hūc panē: ne veniat ſuꝑ nos illa terribilis cōminatio quā facit dn̄s per ꝓph. amos. viij. dicēs. Mittam famē et ſitim in terra: nō famē panis nec ſitim aque: ſ famē ⁊ ſitim audiēdi x̄bū dei. Sic ergo p̄tz de ſcdo pane.i. doctrine.
Rogem9 igit̄ dn̄m nr̄m deū pr̄em celeſtē vt faciat nos per feneſtras auriū ita reci-

pere dei verbū audiendo attente et maſti=
care ⁊ ruminare cogitādo ſollicite: ⁊ coq̄re
in ventre memorie cū igne charitatis con=
tinue: et incorpare complendo ope: ne de=
fectu huius vtiliſſimi alimēti: ꝯtingat noſ
ſpūaliter īfirmari et mori. q2 infirmꝰ q̇ ali=
mēta reĳcit: mortem nō euadit. ſic q̇ reĳcit
ſpūalia alimēta: ſpūaliter mortuꝰ eſt ī aīa
Sic ḡ det nobis deꝰ hanc ſpūalem eſcā re=
cipere: vt ſit nobis cā ſanitatis et vite ſpi=
ritualis et eterne. ipſo preſtante q̇ regnat
in ſecula ſeculorum amen. Sermo.xxxix.

Anē noſtrū q̄tidianū da nobis hodie

Viſo de pane nature ⁊ doctrine. vidē
dū eſt de pane gr̄e. Tertius panis de quo
faciūt mentionē ſacre ſcripture: eſt panis
eucharistie Et ille panis ē corpꝰ xp̄i ver̄ in
vtero virgīs formatū ⁊ ꝓ nobis ī cruce ſu=
ſpēſū ⁊ mortuū ⁊ a mortuis ſuſcitatū ⁊ ad
celos eleuatū: qd cū ſuo ſāguīe q̄tidie in al
tari ſumit̄: ſub ſpē panis ⁊ vini: ⁊ ſumitur
corpus et ſanguis xp̄i ſub hac duplici ſpe=
cie: ad ſignificādū ꝙ ſic̄ panis fit ex puriſ
ſimis ḡnis: ⁊ vinū ex puriſſimis racemis:

ſic xp̄i corp⁹ et ſanguis ſūptū fuit ex puriſ ſimis ſanguinibus btē marie virginis. Et ſicut bon⁹ panis et bonū vinū ſup alios cibos: corp⁹ nutriūt et ſuſtētāt: ſic xp̄i corp⁹ et ſanguis ſup alias refectiones ſpūales nutriūt et ſuſtentāt aīam xp̄ianā: qn̄ bn̄ diſponit ſe et p̄parat ad recipiendā hāc gl'ioſiſſimā eſcā. Suſtinent inquā et nutriūt eā dū eſt in itinere et peregrinatione hui⁹ vite donec pueniat ad eternā vitā. in qua recipiat hāc eſcā abſq; velamine: quā mō recipit velatam panis ⁊ vini ſpecie. Et iō panis iſte dr̄ euchariſtia. i. bona gr̄a: qꝛ ī hoc ſacramēto nō ſolū daꝛ gr̄a ad aliquem effectum: ſicut in aliijs ſacramētis. verbi gr̄a. Sicut baptiſm⁹ valet p̄ncipaľr ꝯ culpā originalē. et ꝯfirmatio ꝯ puſillanimitatē. ⁊ cōfeſſio vel penitētia ꝯtra culpā mortalē ⁊ ſic de aliijs. Sed recipiꝛ veracit' in hoc ſacmēto dn̄s ieſus xp̄s ver⁹ homo et verus deus: ver⁹ dei p̄ris ⁊ ver⁹ marie virginis fili⁹: qui eſt fons et originale p̄ncipiū oīm gr̄arum Et de hoc pane dicit ip̄e ver⁹ panis. i. dn̄s ieſus xp̄s in euā. Joh. vj. Panis q̄ ego da=

bo: caro mea eſt ꝓ mūdi vita. Et b. paulus in epl'a. j. ad coꝝ. x. dicit. Calix bn̄dictiōis nōne cōicatio eſt ſanguis xp̄i: ⁊ panis quē frangim⁹: nōne ꝑticipatio eſt corpis dn̄i:
Sciēdū eſt aūt ꝙ ad hūc panē bn̄dictiſſimū recipiēdū ſalubrit' reqrūt' qnqꝫ. Debꝫ eni ſe homo diligent' p̄pare: cū fide accedere. cū timore ſuſcipe. cū deuotione maſticare. ⁊ per verā dilectionē ſe eidē incorpare.
[De receptiōe corpis xp̄i.] Primo dico ꝙ ad hūc reuerendiſſimū panē ſuſcipiēdum debꝫ ſe homo diligent' p̄parare: ⁊ hoc per diligentē ꝯſcie examiationē ⁊ diſcuſſionē: ne habeat aliqꝫ mortalē culpā in ſe: q̄ poſſit offendere oculos maieſtatis diuine. Revera iſte panis eſt aīaꝝ medicina ſpūalis. Et ſicut nos videm⁹ ꝙ medicina corpalis plus nocet corpi q̄ꝫ ꝓſit: niſi homo pri⁹ aliqđ cōpetēs p̄patoriū recepit. Sic eſt de iſto pane q̄ eſt medicina aīaꝝ ſpūalis: qꝛ recipiens ip̄m ſpūal'r interficit ſe: ⁊ in periculo mortis etne ponit ſe: niſi mō debito p̄pauit ſe. Interficit inqꝫ ſe nō per vitiū vl' nocumentum qđ ſit in h̄ bn̄dictiſſimo pa-

ne: ſꝫ ꝑ negligentiā ipſiꝰ recipiētis: et per defectū ꝑꝑationis debite q̄ debuiſſet p̄ceſſiſſe Et h̊ eſt ꝙ dicit apl's in .j. epl'a. coꝝ. xj. Probet inq̄t ſeip̄m homo: ⁊ ſic de pane illo edat et de calice bibat. Probet .i. per verā ꝯtritionē ⁊ ꝯfeſſionē ſuā ꝯſciam ⁊ ſuā vitā examinet: qꝛ panis iſte nō eſt panis canū i. pctōꝝ beſtialiter ⁊ irrōnabilit̄ viuētiuꝫ. Sꝫ eſt panis filioꝝ .i. bonoꝝ xp̄ianoꝝ deū diligentiū et timentium: et p̄cepta eiꝰ cuſtodientiū. ſm qđ dicit dn̄s in euā. mat. xv mulieri chananee. Nō eſt inquit bonū ſumere panē filioꝝ ⁊ mitte᷑ canibꝰ. Filij ſunt boni xp̄iani ī charitate dei ⁊ ꝓximi viuētes Caritas eī ē ſignaculū ſpāle diſtiguēs īter filios dei ⁊ filios diaboli. Sic̄ eī bonꝰ filius natural'r amat p̄rem ⁊ frēm ſuū: ſic bonus xp̄ianꝰ q̄ vult eē filiꝰ dei amat deū ⁊ ꝓximū Sꝫ mali filij nō amāt parentes ſuos. Fert̄ ꝙ q̄dā diues dimiſit caſtrū ſuū ꝓpt̄ peſtem mortis: ⁊ peregrinatus eſt in regionē longinquā vbi manſit per octo vl' decē annos. quo redeunte inuenit vxorem ſepultaꝫ cū ſuis liberis: tamen nutrix eiꝰ cum ꝑuulo

filio diuitis: ⁊ alio ꝑuulo filio dicte nutricꝭ
cum bona frōte illū recepit ad domū ſuā:
dicēs ꝙ iſti duo filij ſunt ſui: et ceteri ſūt ſe
pulti. Ille homo ꝯſiderans mores illorum
pueroꝝ: iudicabat ī corde ſuo ꝙ maior eo-
rum nō eſſet filius eiꝰ: et finxit ſe velle diui
dere inter eos ſuam hereditatē. et iuſſit il-
lis afferre arcū et ſagittas: ⁊ quis eoꝝ me
lius figeret ſagittā in vētre eius: ipſe eſſet
heres. Tūc filiꝰ nutricis attulit arcū et ſa-
gittas: ⁊ dixit ꝙ directe mitteret ſagittam
in cor eius et ſic haberet hereditatem. Fi-
lius illius diuitis dixit ꝙ nullo modo vel-
let mittere ſagittam contra patrem ſuum.
Et ſic malus filius nutricis fuit foras eie-
ctus: ⁊ bonus filiꝰ hereditatē patris ē ade-
ptus. Itē fertur ꝙ quidam alius diues ho
mo īfirmabat̄: ille habebat vnicū filiū qui
nō curabat de patre ſuo: ſ; iniuriabatur ei
et dicebat ꝙ de bonis ſuis luderet in bre-
ui et gauderet cum ſuis ſodalibus. Quod
audiens ille diues mandat ꝓ hominibꝰ iu
ratis: ⁊ priuauit filiū ſuū de oībꝰ que habe
bat: et ſic filius ille malus paup̱ remanſit.

Itē filij boni ſūt boni religioſi xp̄i vitā ⁊ opa imittātes.q2 ſm b.ambroſiū.Cui⁹opa imittaris:ei⁹fili⁹appellaris.Tota aūt vita xp̄i fuit in pauptate et caſtitate ⁊ obedientia. Et hec ſūt tria vota religioſoꝝ in q̄bus ip̄i debēt viuere et mori.Taliū eſt ḡ filiorū panis iſte et nō canū. Canes aūt ſūt ſupbi et inuidi et iracūdi ad modū canuꝫ ſeiuicem corrodentes⁊ mordentes.Unde dicit apl'.ad phil'.iij.Uidete canes videte ꝯciſionem.Et iteꝝ. Si adiuicē mordet] videte ne abiuicē ꝯſumamini.Itē canes ſūt infideles.i.iudei pagani ⁊ ſarraceni ac heretici ad modū canū ꝯtra veritatē īcognitam latrantes. Natura enī canis eſt ſp latrare ꝯtra incognitos q̄tūcūq3 ſint boni. Iſti ſūt canes de quib⁹dicebat xp̄s per os p̄s.xxj.Circūdederūt me canes multi:cōciliū malignantiū obſedit me.i.in paſſiōe q2 iudeis acclamātib⁹⁊ mortē ei⁹ petētib⁹ Ipſe fuit a paganis.i.ab herode et pilato ac eoꝝ militibus ⁊ miniſtris flagellatus⁊ morti adiudicat⁹⁊ crucifix⁹ Itē canes ſūt luxurioſi et guloſi ad modū canū ſtatī poſt

paſcha ad ꝓpria pctã ꝛ ad ꝑſtinas abhoīa tiones ꝛ ad cõſuetas turpitudines ſic cãis ad vomitũ ꝛ quaſi ſus ad ſterq̃liniũ reuertẽtes. De q̃bus dicit beat⁹ petr⁹ apl's. ſcda pe.ij. q ꝯtigit eis illud veri ꝓuerbij. Canis reuerſus ad vomitũ ſuũ: ꝛ ſus lota in volutabro luti. Item canes ſũt p̃dones ꝛ feneratores ad modũ canũ ſudorẽ ꝛ ſanguinẽ pauperũ lingẽtes. Paup eni hõ q̃ eſt ĩ manu vſurarij: bene põt facẽ orõnẽ illã quaz faciebat xp̃us p pſalmiſtã. p̃o.xxj. Erue a framea de⁹ aĩaz meã et de manu canis vnicã meã. Erue.i.libera aĩaz meã.i.vitã meam a framea.i.a morte.qr manus canis.i. vſurarij rapit et aufert mihi totũ illud vñ deberẽ viuere. Taliũ g̃ canũ.i.taliũ pctõrum nõ eſt panis euchariſtie. Sed eſt filiorũ.i.bonoꝝ xp̃ianoꝝ et bonoꝝ religioſoꝝ. Igit̃ nõ eſt bonũ dicit dñs ieſus ſumere panem filioꝝ ꝛ mittere canib⁹. Qui ergo vl't ad hũc ſacroſctm̃ panẽ accedere digne: p̃paret ſe ꝑus et caueat ne ſit de numero canũ per aliquã culpã mortalẽ: ſed ſit de numero filiorũ per verã caritatẽ. De hac p̃pa

ratiōe q̄lit̄ figurata ſit ī veteri lege. dic̄.b.
ābro.ī.j.libro.officioꝝ.Exo.xix.Caſtifica
bat̄ aūt pp̄l's ꝑ biduū vel triduū et lauabāt
veſtimēta ſua.⁊ ñ alit̄ ad hoſtiā accedere ꝑ
mittebant̄.Sed ſi in figura pp̄l'o tāta obſer
uātia iubebat̄ q̄ta ī ip̄a veritate ſacerdotib⁹
tenēda ē:Diſce ḡ o ſacerdos ⁊ leuita q̄d ſit
lauare veſtimēta.i. ne inq̄nato corꝑe q̄ aīa
veſtit̄ maieſtatē tāti miſterij temerare pre
ſumas.Exēplū.Sctūs iero.ī vitis patruꝫ
de ſcō eulogio dic̄ q̄ cū abbas eulogi⁹ vide
ret q̄ſdā de mōachis ad coīonē volētes acce
dere retinuit eos dicēs.tu hac nocte habu
iſti fornicatiōis deſideriū.tu aūt dixiſti in
cord tuo nihil int̄eſt ſiue iuſt⁹ ſiue pctōr ad
ſacramētū accedat Et ali⁹ dubitationē ha
buit ī corde dicēs.q̄d eni coīo me ſctificare
pōt:ḡ hos ſingl'os remouebat a coīone ſac̄
mēti:donec paululū ꝑ peītētiā ⁊ lacrimas
purificarent̄.Itē id refert d ſctō machario
q̄ eo tp̄e q̄ fr̄es ad ſuſcipiēdū euchariſtiam
acceſſiſſēt vidit ī q̄rūd maīb⁹ pueiētes ethi-
opes carbones ponē corp⁹ ů dñi qd ſac̄dos
videbat̄ miſtrare redire ad altare.Alijs ů

ãgelũ dñi cũ manu ſacdot fugiẽtib⁹ ethio
pib⁹ ſacrã pticulã dare. Itẽ id ꝑhibz d ſctõ
pamone: qꝛ ꝗdã tpe dũ ſacrificaret vidit ã-
gelũ dei ſtãtẽ iux altare ꝛ ꝗrũdã noĩa mõa
choꝝ ꝗ accedebãt ſcribẽtẽ ĩ libꝛo quẽ tene-
bat ꝛ ꝗrũdã nõ ſcribẽtẽ. ꝗs cũ ſenioꝛ notaſ
ſet vnũquẽqꝫ ſeorſũ diſqſiuit: ꝛ ĩuenit ĩ ſin
gul' moꝛtale pctm̃. ꝗs ad peĩtẽtiã exhoꝛtãs
tãdiu cũ ipĩs fleuit donec aliqñ videret e-
os cũ cetis aſcribi. Ecce ꝙ picl'oſũ ẽ acced
re ad hũc panẽ celeſtẽ ſine ꝑꝑatiõe: cũ ꝓpt
defectũ ꝑꝑatõis debite: hõ reddat ĩdign⁹
ſcribi ĩ libꝛo vite Sic g ptz ꝑmũ qd debem⁹
facẽ ſi volum⁹ digne accedẽ ad panẽ eucha
riſtie. Qꝛ ſic mõſtratũ ẽ ꝑ auctoꝛitates ꝛ ex
empla: ꝑmo debe⁹ nos digne ꝑꝑare qd nob
ꝯcedat ieſ⁹ xp̃s q ẽ ĩ ſcl'a bñdict⁹. amẽ. [ De
be⁹ cũ fiducia ad coꝛp⁹ xp̃i accedẽ. ] xxxix.

Anẽ no. q. d. n. ho. Secũdo dico ꝙ ad
iſtũ panẽ ſactiſſimũ dꝫ hõ cũ fid acce-
dẽ. Debꝫ ei ꝟacit credere ꝙ ex q ẽ ſacdos ĩ
eccl'a catholica rite oꝛdĩat⁹ ꝛ hꝫ coꝛã ſe ma
tiã a xp̃o ĩſtitutã. i. panẽ de frumẽto et vi-
nũ de vite. et dic ſup panẽ et ſup vinũ ver-

ba a xp̄o inſtituta ad hoc.i.ſup panez h̄ eſt
corpus meū.ꝛ ſup vinū hic ē calix ſanguis
mei.ꝛc̄.hec ſūt ei de ſacramēti neceſſitate.
oīa alia ſūt de bn̄ eſſe addita ꝓ ſolēnitate ꝛ
ꝓ ſacramēti reuerētia.et tn̄ mortalit̄ pec-
caret q̄ ſcient̄ ea omitteret:qꝛ ꝯ ſtatutuz et
ꝯſuetudinē eccl'e catholice facēt.q̄uis eni
alia.i.ītroitus.orō.ep̄la.grl'.R̄l.euā.offer.
cōio.nō ſint de neceſſitate ſacramēti tn̄ ſūt
de neceſſitate faciētis.i.celebrātis.Dico ḡ
ꝙ ex quo ſacerdos ſup debitā materiā dic̄
verba debita et maxime q̄ ſūt ad h̄ neceſſa
ria:cū intētione faciēdi qđ facit eccl'a.hec
iiij.req̄runt̄ in h̄ ſacramēto.i.materia.for
ma.ordo.intentio.Materia panis.forma
verbi.ordo pbr̄i.ītētio cōficiēdi.Debem⁹
in q̄ credere ꝙ q̄cito ſacerdos dicit illa ver
ba ſacramētalia ſup panē et vinū ſtatiz de
pane et de vino nichil ibi remanet:ſed to-
ta ſubſtātia panis cōuertit̄ ī ſubſtātiā cor-
poris xp̄i ꝛ tota ſb̄ſtātia vini ꝯūtit̄ ī ſb̄ā ſā
guis xp̄i.Remanēt tamē ibi de pane ꝛ vi-
no accidentia.i.color:odor:ſapor:et figu-
ra exterior.Et hoc trib⁹ de cauſſis.Prima

eſt ꝓpter puſillanimitatē cordis noſtri: qꝛ ſi xpus oſtderet ſe nobis.i.ſicut ibi eſt: et ita eū corporeis oculis viderem⁹: recipere nō auderem⁹. Secūda cauſa ē ꝓpt' icredulitatē ppl'i iudaici ⁊ pagani int' q̄s in multis locis hitāt xp̄iani: qꝛ ſi viderēt nos corpus viuum recipere irriderēt nos: ⁊ infideles et inſanos reputarēt. Tertia cā eſt ꝓpt' q̄litatē ſtatus fidei. qꝛ nūc ē ſtat⁹ fidei: ſed ī futuro erit ſtat⁹ rei. Stat⁹ aūt fidei debet eſſe ſub velamine: et ſtat⁹ rei debet eſſe ſub manifeſta viſione. Stat⁹ enī fidei ē ſtat⁹ meriti et ſtatus rei ē ſtatus p̄mij: qꝛ credendo meremur nūc vt ī fut'o vidēdo p̄miemur Si ḡ viderem⁹ dn̄ꝫ ieſū xp̄m ſicuti ē ī h̄ ſac̄mēto meritū fidei pderem⁹: qꝛ ſi viderem⁹ eū ibi oculo corpco: nihil mereremur ī credēdo. Fides eī nō ē ī his q̄ vident': ſ; de his q̄ n̄ vident' Vn̄. b. greg. dic̄ ꝙ fides nō habꝫ meritū: cui hūana rō p̄bꝫ expimētū. Nūc āt qñ credim⁹ ꝙ ieſus quē nō videm⁹ ibi xacit' ſit mirabil'r meremur. Nā q̄ credet ī eū xacit' dū ē ī iſta vita: videbit eū maīfeſte ī fut'a. Et ſi tu q̄ras rōnē quō h̄ poſſit eē: dico ꝙ h̄

ſola rō nobis ſufficit q̄ xp̄s ē verax ꝛ omp̄s
quia ergo verax eſt et mētiri oīno non pōt
credim⁹ qm̄ xp̄us ī cena panē accepit ꝛ fre
git ac diſcipulis dedit dicēs.accipite ꝛ co=
medite hoc ē corp⁹ meū.aut ip̄e mētiebaꝉ
aut corp⁹ ſuū ibi erat: ſed ip̄e mentiri non
pōt: q2 de⁹ erat.ğ illd̄ qd̄ ip̄e tūc tp̄is apl'is
ꝛ diſcipul'ſub ſpecie panis tradebat: cor=
pus ſuū erat.Et hec vna ratio fidei cōiun=
cta q̄ ſumiꝉ ex hoc q̄ xp̄s ē verax.Alia ratō
ſumiꝉ ex hoc q̄ ipſe ē op̄s.Sicut ğ potuit d̄
nihilo creare totū mūdū. ita potuit et pōt
panē et vinū tranſubſtātiare in corp⁹ ꝛ ſā=
guinē ſuū.Et aliā rationē nō ponit apl'us
ī epl'a ad cor.ad īducēdū nos ad credēdū
iſtd̄ ſacramētū: niſi dei v̄bū: cui⁹ autoritaſ
ſuperat oēm ītellectū ꝛ hūanū ꝛ angelicū
imo q̄ pl⁹ eſt ſup̱at totū mūdū. Dicit eni3
ſic apl's.j.ad cor.xj. Ego enī accepi a dn̄o
qd̄ et tradidi vobis: qm̄ dn̄s ieſus ī q̄ nocte
tradebaꝉ accepit pane3 et ḡtias agēs fre=
git et dixit.accipite ꝛ comedite hoc ē corp⁹
meū quod p̄ vobis tradeꝉ.hoc facite ī meā
cōmemorationē.Similiter et calicē poſtq̄

cenauit dicens.hic calix noui teſtamenti ĩ meo ſanguĩe.hoc facite quotienſcũq̃ bibitis ĩ meã ꝯmeoꝛationẽ.Hec ꝙ ſũt argumẽta fidei ꝙ ſufficiũt nob̃ ad ꝓbationẽ huiꝰſacmẽti vicȝ ꝙ xp̃s erat op̃ſ q̃ poťat oĩa facerꝫ iõ poťat panẽ ⁊ vinuȝ ĩ coꝛpꝰ ⁊ ſãguĩeȝ ſuũ ꝯũte.Itẽ ꝙ ip̃e ds̃ verax erat q̃ mẽtiri ñ poterat.ꝙ verꝫ dicebat.hͦ ẽ coꝛpꝰ meũ.Itẽ ſic ip̃e ẽv̄ax ĩ ſe:ita ẽv̄ax ĩ aliĳs.ꝙ ſic ñ põt mẽtiri.ita nõ põt p̃cipe aliĳs mẽtiri.Sȝ ip̃e p̄cepit apl̃is qͥꝝ locũ tenẽt ep̃i.et diſcipulis qͥꝝ locũ tenẽt curati pb̃ri ⁊ capellani.hͦ facẽ ĩ ꝯmẽoꝛationẽ ſui.mat.xxvj.⁊ luc.xxĳ.Ergo opoꝛteȝ ꝙ eãdẽv̄tutẽ dederit v̄bis illis ĩ oꝛe oĩȝ ſac̃dotũ:quã dedit ill̃ ĩ oꝛe ſuo.aliť p̃cepiſſet eis mẽtiri qđ nõ põt eẽ:qꝛ ip̃e tanq̃ deꝰnõ põt falli nec fallereErgo nll̃o mõ debemꝰ đ hͦ ſacmẽto dubitare:ſ; debeꝰ ad hũc panẽ cũ fide accedẽ ne ſimꝰ ſic iudi et ĩcreduli:q̃ cũ dñs ieſus dixiſſet eis:panis quẽ ego dabo caro mea ẽ ꝓ mũdi vita.ip̃i litigabãt adĩuicẽ dicẽtes.quõ pť hͦ nob̃ carnẽ ſuã dare ad mãducãdũ:Et dr̄ ibidẽ ꝙ multi diſcipuloꝝ dixerũt.durꝰeſt hic ſer

mo. quis poteſt eū audire: et abierunt re-
trorſū: et nolebāt cū xpo ire. Tūc dñs ieſ9
ait .xij. apl'is. Nunqd et vos vultis abire:
Et petrus q ſemp erat feruētior in fide: p
omnib9 reſpōdit. Johan. vj. Magiſter ad
quē ibim9: verba vite eterne habes: ⁊ nos
credim9 et cognouim9 qr tu es xp̄us filius
dei viui. Nota q illi q dubitant de hoc ſa
cramēto ſūt peiores q̄ȝ diaboli. qr ſicut be-
at9 iacob9 dicit. Demones credūt ⁊ ɔtremi
ſcūt. Fert exēplū de qdā icantatore q cum
ad pces cuiuſdā clerici feciſſet diabolū vei
re i ſpecie alicui9 hoīs. Cōtigit ſacerdotez
trāſire corā domo i q ipe erat cū clerico ⁊ di
acōo q cibalo pcedēte ibat cū corpe xp̄i ad
coīcādū aliquē īfirmū Et ſtatī audito ciba
lo diabol9 p gd9 deſcēdit: ⁊ flexis genibus
ɔn9 in trā corp9 xp̄i adorauit Et cū rediiſſʒ
dixit ei cleric9 qre adoraſti illū quē odiſti:
rūdit demō. Quis nō diligā eū: tn̄ tieo euʒ
ita q velim noliʒ oportet me adorare eum
qr tu ſcis q paul9 apl's i epl'a ad philippē.
ſecūdo ca. dicit. Jn noīe dñi ieſu xp̄i omne
genu flectat celeſtiū treſtriū et infernorū

 

id eſt angeloꝝ hoim et demonuz. Ergo bñ debem⁹ credere xp̄m ſub illa ſpē eſſe: ſub q̄ etiā demones cogunt̃ eū adorare. Item ꝙ angeli ſci etiā eū ibi adorēt. patz p qdā exēplū qd inueni ſcriptū in hunc modum Monach⁹ qdā abbatie clareuallis burgū die puintie pficiſcēs in āgliā diuertit pau liſper ab itinere ad quādā eccl'am vt ibi ce lebraret. Completa aūt miſſa: q̄dā religio ſa femina iuxta illā eccl'am habebat ſuam cellā. ita ꝙ p ſuam feneſtrā poterat videre ad altare. Illa igit̃ ad ſe vocās vnū de ſer uis illi⁹ monachi p̄dicti. inqrebat vñ eſſet monach⁹ qui celebrauerat. et dixit. ex quo hic habitare cepi nullus acceſſit ad h̄ alta re celebratur⁹: cui⁹ actiones circa ſctā ſac mēta nō viderī manifeſte p̄ter q̄ȝ hodie: q2 tāta fuit hodie circa iſtū multitudo ciuiū ſupnoꝝ: ꝙ nō potui videre que fiebant ſup altare pre multitudine eoꝝ. Bñ igit̃ debe mus credere xp̄m eſſe in altari ſub ſpē pa nis et vini: q̄ȝ credūt et adorant etiā ibi de mones et angeli. Sic ḡ patent hec duo p̄ma q̄ debēt facere illi qui volūt glorioſū

panē eucharistie digne recipere: qꝛ p̄us ſe debēt p̄pare diligent̄ ꝛ poſtea accedere cū fide. Qđ nobis ꝯcedat pr̄ et fili⁹ et ſpūs ſā ctus q̄ eſt de⁹ in ſecula bn̄dictus. [Debe mus corp⁹ xp̄i cū tiore ſuſcipe] Ser.xlj.

Anem nr̄m q̄tidianū da nobis hodie Tertio dico ꝙ ille q̄ p̄us diligēt̄ prepa uit ſe: ꝛ cū fide accedet: dꝫ ip̄m cū tiore ſu ſcipe. Debꝫ ei ſp timere ne aliq̄d in ſeipſo lateat: qđ oclis diuine maieſtatis diſplice at. ꝛ ne ſit aliqđ pctm̄ in ꝯfeſſione ſua obli tus: ꝓpt̄ qđ ſit iſto celeſti pane indignus. Si ei btūs iohēs baptā ſcificat⁹ ab vt̄o: ſic legit̄ i euā. Math.iij. timebat qn̄ debebat ip̄ꝫ dn̄m ieſū baptizare: ꝛ nō audebat ſcm̄ dei caput tāgere. q̄tomagis deberet tiere homo qui nō ſctificat⁹ in vtero. ſꝫ ē tot⁹ i pec catis cōceptus natus ꝛ nutrit⁹: ꝛ quotidi anis peccatis ac negligentijs quaſi hereti cus inuolutus et oneratus: quando debet ipſum dn̄m non ſolum manu tangere: ſed etiam intra ſe recipere. Debet enim time re illud verbum terribile quod dicit apl̄s in epl̄a.j.ad cor.xj. Quicunqꝫ manduca

ncerit panez vel biberit calicē dñi indigne reus erit corporis xp̄i et ſanguinis. id eſt ita peccabit: ſicut illi qui corpus xp̄i occiderunt et eius ſanguinem effuderunt. Qr dū recipit eū in mortali peccato: pijcit eū in vas qđ eſt coram deo ſordidius omni luto. Propter qđ contra ſacerdotes luxurioſos dicit beatus bernardus. Quid tibi ſacerdos luxurioſe cum corpore xp̄i: qui ꝑ carnis tue illecebroſe luxuria: factus es mēbrum antixp̄i. Si enim mundis manibus volebat tangi adhuc in p̄ſepio poſitꝰ: q̄tomagis corpi ſuo vult adeſſe mūditiaz: iam in plenitudine maieſtatis et gl'a ſublimatus? Sacerdos luxuria inquinatus iuxta filiū virginis ponit ſtatuam veneris: ⁊ cum de ore execratiſſimo benedicit: quaſi in faciem eius ſpuit: cum autem ipſum recipit quaſi in lutum platearum euz projicit. Cum timore ergo debet eū ſuſcipere. qr ſm verbum apl'i. j. cor. xj. q̄ idigne manducat ⁊ bibit: non diiudicans corpus dñi id eſt non diſcernēs ab alijs cibis: iuditiū ſibi manducat et bibit. Debēt etiā timere

non ſolū penā eternā: ſed etiā tpalez: quā carnaleſ hoīes plus formidāt: qua fuerūt freq̄nter puniti iuſto iuditio dei illi qui idigne accedebāt ad corp⁹ dñicū: vel etiaz receptū indigne cuſtodiebāt: poſt receptionē reuertēteſ ad pctm̄. vñ ꝯſeq̄nt᷑ dic̄ ap. j.coꝝ.xj. Jō multi inter vos ībecilles ꝛ dormiūt multi. Gloſa morte corpali. Exēplū habem⁹ ſup̄ h̄ in maiorib⁹ ꝛ minorib⁹ letanijs a gre. papa romano. ꝛ a ſctō mām̄erto vieñ. epō ſtatutis: ppt᷑ maximas mortalitates viroꝝ ac mulieꝝ ꝛ infātiū ac pecorū q̄ acciderāt tpib⁹ ipoꝝ rome ꝛ vienne: ppt᷑ illos qui poſt paſcha reuerſi erant ad pctā ſua. Nō ꝙ paulus lōgobardoꝝ hiſtoriograph⁹ deīde fact⁹ monach⁹ montiſ caſſini dicit ꝙ in feſto ſci marci euāgel᷑. dr̄ letania maior: q̄ ꝑ maxīa peſte īghinaria ꝛ morte ſubitania inſtituta eſt fieri a ſcō grego. papa. ipā peſtis dr̄ cōtigiſſe romanis: eo ꝙ cū in.xl. ꝯtinent᷑ vixiſſent: vt in paſcha corp⁹ dñi deuoti⁹ reciperēt. Poſtmodū cōmeſſationib⁹ ꝛ ludis ac luxurijs frena laxabāt. Jpā peſtis fuit tā ſeua ꝙ hoīes oſcitādo vl᷑

ſternutãdo moriebãt̃ ſubito ꝓpt̃ corrupti-
onẽ aeris. Jõ ꝯſuetũ eſt facere ſignũ crucis
vel dicere deꝰ adiuuet te. Itẽ per fluuiũ ti
beris tãta fuit inundatio aq̃ꝝ cũ diuerſis
ſerpẽtibꝰ ⁊ q̃dã maxio drachone ꝙ magna
ps domoꝝ rome periȷ́t: ⁊ pelagiꝰ papa ite-
riȷ́t. Etiã p̃dicta refert dñs guill's nimi-
nenſis eps in ſexto libro diuinoꝝ officiorũ
et addit ꝙ papa pelagio defũcto: ſcũs gre
goriꝰ fuit in papã electꝰ: q̃ ordiauit ꝙ oẽs
viri et femine ac ſerui et ancille fidel'r ceſ-
ſent a ſuis ſuilibꝰ opibꝰ ⁊ ꝑgãt ad eccl'az.
Et h̃ etiã habẽt̃ de ꝯſe. di. iiij. rogationes.
Et illuc ſtent et deũ orẽt: donec ꝓceſſio to-
talit̃ cõpleat̃: et ieiunẽt a lacticiniȷ́s abſti-
nẽdo. qꝛ tanta erat ſtragesꝙ ꝑpl'oꝝ altaria
⁊ cruces et hoĩes veſtibꝰ nigris coopiebãt̃
Impator romanꝰ mauriciꝰ noĩe fugit trãſ
tiberi velocit̃. In floribꝰ ſctõꝝ legit̃ ꝙ
ſctũs grego. papa ordiauit fieri ꝓceſſiões
cũ letaniȷ́s ĩ die ſci marci: q̃ dr̃ letania ma-
ior ob reuerẽtiã pape: vel ꝓpt̃ nimiã ſtra-
gẽ int̃fectoꝝ: qꝛ p̃dicãte ſcõ gregorio pap̃
in ip̃o ſermone: multi hoĩes ſubito mortui

ſunt. Itē idē vt̄ ſupra in.vj.libro diuio rū officioꝝ de letania minori refert. ꝙ tpe zenonis īpatoris: ⁊ ſci mām̄erti epi vienn̄. de ſiluis et locis deſertis ac rupib⁹ tāte exi erūt beſtie ſilueſtres ꝙ deuorabāt homīes tāq̄ʒ oues. Et fiebāt groſſa tonitrua: et tre= mot⁹ magni ꝑ loca diuerſa. Propt̄ q̄ ſāctus mām̄ert⁹ indixit fieri trib⁹ dieb⁹ an̄ aſcēſio nem dn̄i ieiunia ⁊ ꝓceſſiones cū letanijs. Itē legit̄ in burcardo libro.xiij.ca. exigē= tib⁹.ꝙ hoc ꝑ papā fuit vniuerſalit̄ ꝯfirma tū. Itē iohes damaſcen⁹ dicit. ꝙ cū apd̄ ꝯſtantinopoli ꝯtra aliquā peſtem fierēt ꝓ= ceſſiones ⁊ letanie: quidā puer e medio po puli rapt⁹ eſt in celū: vbi didicit hoc canti cū. Sctē de⁹ ſctē fortis ſctē et īmortalis mi ſerere nobis. deinde ad ppl'm ſtatim redi= ens: hoc ip̄m canticū in ꝯſpectu ppl'i decā tauit: ⁊ mox illa peſtis ꝯtinuo ceſſauit Po ſtea in ꝯcilio calcidonenſi fuit inſtitutū ꝙ laus hui⁹ cantici in eccl'ijs decātaret̄. Sci endum ꝙ letanie minores que fiūt an̄ aſcē ſionē dn̄i: fuerunt per longa tpa ante leta= niam maiorem que dicitur in feſto ſancti

 

marci. Reuertamur igitur ad noſtrum ꝓpoſitum vnde digreſſi ſumus: et ante dei conſpectum noſtra peccata defleamꝰ. Et quãdo recipimus hunc panem faciamus ſicut thobias.ij.: de quo legitur ꝙ manducabat panem cum luctu ⁊ tremoꝛe: memorans illum ſermonem quem dixit dñs per amos ꝓphetã.v.⁊.j.mach.j. Dies feſti veſtri conuertentur in luctum et lamentationem. Certe iſtud verũ eſt maxime qui diebus feſtiuis indigne recipiunt euchariſtiam. Pꝛopter quod eſt notandũ ſicut refert euſebij hiſtoꝛia. tempoꝛe pꝛioꝛum patrum illis iniungebatur ſacrificandi officium: qui naturali ſimplicitate fulgebãt. iuxta illud. ꝓuer.iij. cum ſimplicibus ſermocinatio eius. Ad miniſteriũ qui participare debebant. diſcalciatis pedibꝰ accedebant. Pꝛopter illud qđ moyſi exo.iij. et ioſue.v. dcm̃ ẽ. ſolue calciamẽta de pedibꝰ tuis. locꝰ eni ĩ q̃ ſtas tra ſcã ẽ. Expõnẽ huiꝰ auctis: reqre ſup̃ ſmo.xxiij. Sic g ptz q̃lit hunc panẽ cum timoꝛe debemꝰ ſuſcipere. Rogemꝰ dñm vt det nobis hãc gr̃az. amẽ.

[Debem⁹ hūc panē cū deuotione maſticare.] [De paſſione dn̄i.] Sermo.xlij.

Anem nr̄m q̊tidianū da nobis hodie Quarto dico q̄ debem⁹ iſtū panē euchariſtie cū deuotione maſticare. Re vera hui⁹ ſpūalis maſticatio nō eſt aliud q̄ȝ dn̄ice paſſiōis q̄ ibi repn̄tat̄ deuota cogitatio. Sicut enī maſticādo cibū corpalē nos voluim⁹ ⁊ reuoluim⁹ cibū int̄ fauces corpor̄: ſic maſticando iſtū panē ſpūalē: nos debemus dn̄icā paſſionē cui⁹ iſtud ſacramētuȝ eſt rememoratiuuȝ voluere ⁊ reuoluere in ore cordis recogitādo ſcilȝ qual̄r dn̄s ieſus xp̄s qui veracit̄ in hoc ſacramēto ꝯtinet̄: ⁊ cui⁹ paſſio veracit̄ in h̄ ſacramēto repn̄tat̄ fuit ꝑ nobis a diſcipulo vendit⁹ et a iudeis empt⁹. Qual̄r cū ſuis diſcipulis an̄ paſſionē cenauit: et pedes eorū lauit: ⁊ in illa dulciſſima cena iſtd̄ gl̄ioſū ſac̄mētū īſtituit. in quo ſacramēto vſq; ad ꝯſūmationē ſeculi: ī ſignū amoris ſpecialiſſimi: reliquit ſeip̄m nobis ſub ſpē panis et vini: vt eſſet nobis ipſi⁹ rememoratiuū: ⁊ ad cōſolationē fideliū ſuorū: et ad ablutionem pecca-

toꝝ noſtroꝝ: et ad atq̄tationē defectuū no
ſtroꝝ q̄tidianoꝝ. Item debem⁹ maſticare
id eſt int̄ fauces cordis reuoluere q̄lit̄ poſt
cenā in mōte oliueti ip̄e dn̄s ieſus orauit:
ꝛ qualit̄ in agonia poſit⁹ ꝓpter ymagīatio
nē inſtātis mortis ꝑ oēs partes corꝑis ſu-
dore ꝓp̄i ſanguīs fuit reſperſ⁹. Itē q̄liter
iudas ꝓditor poſtea cū manu armatoꝝ ve
nit: et ip̄m in oſculo pacis tradidit. Itē q̄li
ter ab ap̄l'is derelict⁹ ꝛ a ſatellitibus mali
gnis ligat⁹ et cathenatus. Itē qualit̄ corā
anna et caypha pōtificib⁹: et corā pilato ꝛ
herode p̄ncipib⁹ fuit illuſus ꝯſput⁹. cola-
phis et alapis ceſus. ſpoliat⁹ ꝛ ad ſtipitē li
gatus. et vſq; ad effuſionē ſanguīs tortus ꝛ
flagellat⁹. et tandem morti adiudicat⁹. Et
poſtea educt⁹ de atrio pylati veſte purpu-
rea indut⁹. et poſt iteꝝ a tota cohorte illu-
ſus: facie velat⁹: ſpinis coronat⁹: ꝛ ſuꝑ co-
ronā ſpineā arūdine in capite baculat⁹ et
ꝯſputus. Itē qualit̄ ſputis et guttis cum li
uore faciei ꝑmixtis apparuit quaſi lepro-
ſus. Poſtea debem⁹ cogitare qualit̄ p⁹ oīa
opprobria et ſupplicia baiulās crucē ſuam

quod nō eſt auditū de aliquo latrone: qui ad ſuſpendiū eſt ductus. Item qualiter ꝑ vicos ciuitatis hieruſalez fuit irriſus: ⁊ a potatoribus qui erant in tabernis ⁊ ab a-lijs qui erant ī plateis et compitis procla-matus. Sicut ipſe dicit in ps̄o.lxviij. Adū-ſum me loquebātur qui ſedebant in porta et in me pſallebant qui bibebant vinū.
Poſtea eū proſequi et conducere extra ci-uitatez cogitando qualiter de ciuitate hie ruſalē in qua ſexta die añ.i.ī ramiſpalma-rū recept⁹ fuerat cū honore et gaudio: fu-it eiectus cū maxima vilitate ⁊ opprobrio Poſtea qualiter ī monte caluarie vbi deca pitabant̄ latrones et homicide ⁊ malefici: fuit nudus in medio latronū leuatus ⁊ ſu ſpenſus ⁊ toto corpore diſtentus: pedibus et manibus cuz clauis ferreis perforat⁹ et cruci affix⁹. Itē qualit̄ a principib⁹ ſacer-dotū et ſenioribus ⁊ a multis per viā tran ſeūtib⁹: qꝛ ꝓpe viā erat ille locus. ⁊ etiaz a latronib⁹ iuxta ipm a dextra ⁊ a ſiniſtra pē dentib⁹ fuit ſubſannat⁹ et blaſphematus. Itez debem⁹ cogitare qualit̄ int̄ ſuas blaſ

phemias ꝛ int̃ illas penales ꝛ extremas ã-
guſtias q̃ oĩz martirꝝ ſupplicia ſupauerũt
ipſe pius ieſus orauit deũ patrẽ ꝓ ſuis cru
cifixorib⁹. Et qualit̃ dedit paradiſũ latro-
ni penitẽti et cõfitenti. Et qualiter ex pie-
tate dulciſſime matris ſue corã ſe lãguẽtis
et tabeſcentis ex cõpaſſione vnici filij et ta
lis filij quem videbat oculis proprijs corã
ſe mori: totis precordijs vulneratus et an-
xiatus ↄmendauit eã virginẽ virgini diſci
pulo. id eſt beato iohanni quaȝ videbat ſu
per dolorẽ oĩm pturiẽtiũ corã ſe cruciari.
Poſtea debem⁹ cogitare q̃l'r ex creatorꝭ ſui
ↄpaſſiõe celi luĩarib⁹ eclipſatꝭ ꝛ tenebrꝭ dẽ
ſiſſimis ꝑ vniuerſũ orbẽ diffuſis: int̃ ãguſti
as mortꝭ ipẽ innocẽs ieſus clamauit heloy
heloy lamazabathani. i. de⁹ me⁹ de⁹ meus
vt q̃d dereliq̃ſti me: hoc dicebat ipſe: nõ iõ
ꝙ crederet ſe derelictũ a diuinitate a q̃ nũ
q̃ꝫ poſt aſſũptionẽ carnis fuit ſeparatus: ſ
vt oſtenderet q̃ꝫ acerba erat pena quam ip
ſe ſecunduȝ humanitatẽ ſuſtinebat. a q̃ di-
uinitas hũanitateȝ eius nõ defendebat. ſ

quaſi dereliqſſet eā ſine adiutorio pro nob mori permittebat. Poſtea debem⁹ cogitare qualiť morti ꝓpinqu⁹ clamauit Sitio. ⁊ qualiter potat⁹ fuit felle et aceto. vel ſicut dicit marc⁹ euāge. vino mirrato.i.cū mirra ꝗ eſt res amariſſima cōfecto ⁊ diſtēꝑato Debem⁹ cogitare poſt hec qualiť clamauit Conſūmatū eſt. Et poſtea clamauit iterū. Pater in manus tuas ꝯmēdo ſpm̄ meū. et cū clamore valido et lacrimis inclinato capite emiſit ſpm̄. Jtez poſt hec qualiť ī morte ei⁹ tota terra ꝯtremuit: velū tēpli ſciſſū fuit. lapides ſciſſi ſūt. ſepulcra aperta ſūt. et mortui ſurrexerūt: ⁊ centurio miles clamauit. Uere filius dei erat iſte. Jtem qualiter iā mortu⁹ fuit per lat⁹ tranſlāceat⁹ et exiuerūt inde ſanguis et aqua: in qb⁹ virtutē accipiūt ſacramēta: quib⁹ purificať ⁊ ſaluať xp̄ianoꝝ eccl'ia. Poſtea debem⁹ cogitare qualiť corā oculiſ mr̄is ſue de cruce depoſitus ē ī ſudario īuolut⁹: ⁊ ī ſepulchro ſub lapide ver⁹ lapis incluſus Et qualiter a dn̄a matre ſua meſtiſſima ē lamētat⁹ vſqꝫ ad horā ſue reſurrectiōis. Cariſſimi h' ꝗꝫto

breui⁹potui ꝓſtrinxi de paſſione xp̄i vt ſac
dotes ſimplices et ydiote ſcirēt qualit̄ pa-
nē eucharistie debēt ſpūaliter maſticare.
Paſſiōis ei xp̄i recogitatio nō ē aliō q̄ꝫ hu-
ius ſac̄mēti ſpūalis maſticatio: q̄ paſſio re
p̄ſentat̄ in ip̄o. Unde ip̄am paſſionē deuo-
te recogitare: ē panē hunc digne ⁊ ſpūalit̄
maſticare. Et hoc bn̄ tangit ap̄l'us in ep̄l'a
j. cor̄. xj. vbi dicit. Quotiēſcūq̄ꝫ māduca-
bitis panē hūc et calicē bibetis: mortē do
mini annūciabitis donec veniat. Quātuꝫ
aūt ꝓſit hoī ad ſaluteꝫ ſpūaliter maſticare
hūc panē. i. deuote cogitare xp̄i paſſionem
patet ꝑ quoddā exēplū. qd inueni ſcriptū
ſic. Quidā hō laborās in extremis ī ex-
taſi duct⁹ ad iudiciū vidit coraꝫ iudice ſua
merita et demerita. i. bona et mala ponde
rare. ſed demeritis id ē malis p̄ponderāti-
bus exclamauit. Heu miſer q̄d faciā. et re-
ducēs ad memoriā q̄ ſepe ꝑ bonā cōpaſſio-
nē cum deuotione recogitauerat paſſionē
et mortē xp̄i Iter̄ clamauit ſi ad ſalutē me
am nō ſufficiūt merita oper̄ q̄ feci. ſaltī po
natis fidem ⁊ deuotionē quā ad xp̄m cruci

fixū ꝓ nobis: ⁊ ad ei⁹ paſſionē et mortē habui. Et cū h̄ fuiſſent ī lāce. i. ī balācia poſita: ille poſt paululū iteꝝ clamauit. mō bū eſt. Et ſic cū gaudio emiſit ſpm̄. Item debemu⁹ h̄ notare ꝙ ſi ī aliq̄ tp̄e debe⁹ a vanis cogitatōib⁹ cauere ⁊ vtilia cogitare: ſpālit̄ debem⁹ ad h̄ laborare tp̄e miſſe: vbi ꝓ nob̄ q̄tidie offert̄ hoſtia illa ī q̄ ꝯſiſtit tota ſal⁹ noſtra. Et ꝙ ita ſit ptz ꝑ illud qđ ī vitis patrū legit̄. Scūs pacoui⁹ p̄cepit piſtorib⁹: vt cū oblatiōes coq̄rēt ſalutaria meditarent̄: nihil vane loquētes. Cū aūt mōaſteriū tebenēſe q̄dā vice violaret̄: ſtatī ſcō pacouio diuinit⁹ reuelatū ē: q̄ ꝓtin⁹ mittēs frēz noīe theodoꝝ ⁊ hāc negligētiā velđ diuī p̄cepti trāſgreſſionē emēdari fec̄. Sic ḡ ptz q̄ztum ſcilz ⁊ q̄lit̄ debem⁹ panē eucharíſtie ſpūal̄r maſticare ⁊ māducare. Quā gr̄az nob̄ ꝯcedat op̄s de⁹ q̄ ē ī ſcl'a bn̄dict⁹. amē. [Debe⁹ ꝑverā dilcōnē corꝑi xp̄i nos vnire.] [xliij.

Anē no. q. d. n. h. Quīto dico ꝙ debet ſe hō ꝑverā dilectionē huic pani īcorꝑare Quod nihil aliud ē q̄ xp̄o vero capiti et ei⁹ corpori miſtico qđ eſt eccl'ia ſe ꝑ īſeꝑa

 

bilē caritatē vnire. Re vera ī hͦ differt cib⁹ iſte ſpūalis a cibis corꝑalib⁹ qꝛ ꝯmeſtionē corꝑali cōedēs īcorꝑat ſibi cibū.i. trāſub=ſtātiat ī corp⁹ ꝓꝑum. Et ratio ē: qꝛ maior ē ibi v̄tus cibati ꝗ̄ cibi. In comeſtiōe ů hac ſpūali ē econūſo: qꝛ cib⁹ iſte.i. xp̄s. īcorꝑat ſibi cibatū.i. illū q̄ digne recipit ip̄m facit trāſire ī ſe ip̄m: ⁊ eſſe corꝑis ſui miſtici.i. ecclesie mēbrū. Et rō hui⁹ eſt qꝛ ī cōeſtiōe ſpūali: maior eſt v̄t⁹ cibi ꝗ̄ cibati. Et notādū ꝙ ſicͭ ī cōeſtione corꝑali: īcorꝑatio fit v̄tute caloris naturaliſ. Ita ī hac cōeſtione ſpūali: fit ſpūalis īcorꝑoratio virtute veri amoris: q̄ eſt quidā calor ſpūalis ſpiritualiter transſormās et trāſubſtātians ⁊ ꝯuertens et vniens amātē in amatū. ſm illud qđ dr̄ ī ep̄la.j.cor.vj. Qui adheret deo ſcilicet ꝑ amorē. vn⁹ ſpūs ē cū ip̄o. Itē hugo de ſctō victore ī libro de arra ſponſe dicit aīa mea ſi quid diligis ipſa vi dilectionis ī ei⁹ ſimilitudinē trāſſormaris. Quis enī eſt hō: ſi veracit̄ recogitet exceſſiuū amorē dn̄i noſtri ieſu xp̄i: quē ad noſ habuit qn̄ ꝓ nob̄ tā acerba ⁊ opprobrioſa morte mori voluit: ⁊

amorē q̄ ꝗtidie nobis oſtendit dū̄ indutū̄ tā paupere pallio: inter nos vſq₃ ad finē ſeculi hītare dig̃tur. q̄s nō debeat tot⁹ igniri et vniri ac liq̄fieri: ⁊ tot⁹ ī ip̄m p amorē trāſformari: ⁊ ip̄o capiti ⁊ mēbris ei⁹. i. oībus xp̄ianis q̄ tenēt fidē ei⁹ p verā caritatē ī ſepabilit̄ vniri: ꝓpt̄ h̄ enī fuit iſtud ſac̄mētū̄ īſtitutū̄ ī ſpecie panis ⁊ vini: ad ſignificandū̄ q̄ ſicut ex multis ḡnis fit vn⁹ panis. et vinū̄ ex multis racemis: ſic eccl̄ia q̄ ē vnū̄ corp⁹ xp̄i miſticū̄ fit ex multis mēbris. i. ex multis fidelibus ī vnū̄ corp⁹ ſp̄ūale cōpactis et cōiunctis glutiuo id eſt vīculo caritatis. Et hoc eſt quod ap̄l̄s dicit in ep̄l̄a. j. ad cor. x. Qm̄ vnus panis vnū̄ corpus mlti ſum⁹: oēs qui de vno pane et de vno calice participam⁹. Sed nota q̄ inter participantes: quidā₃ incorporant̄ xp̄o. ſcilic₃ digne recipiētes. Quidā aūt nō incorpāt̄ ſ₃ a xp̄o magi elōgant̄. Q̄d dn̄s ieſus voluit īſinuari ī ip̄a p̄ma inſtitutiōe hui⁹ ſacramēti: q₂ ap̄l̄i q̄ digne receperūt per amorē chriſto magis īcorpati ſūt. Judas āt traditor q̄ īdigne recepit: ex ipſa receptiōe xp̄i

a xp̄o magis elōgatus fuit. qꝛ añ receptio=
neꝫ hui⁹ panis: erat adhuc cū ap̄lis in xp̄i
ꝯſoꝛtio ꝛ adhuc manebat cū ipſo. ioh. xiij.
Sꝫ poſt receptionē ſtatim tradit⁹ ſathane
foꝛas exiuit: ꝛ a xp̄o penit⁹ receſſit. Patet
hoc idē per exēplū qđ inueni ſic ſcriptum.
Cum q̇dā ſacerdos miſſā celebꝛaret: ſcola=
ris q̇dā ſibi aſſiſtens: vidit in pathena tp̄e
fractionis nō panis ſpēm ſꝫ infātis. cuius
vult⁹ ſatis turbat⁹ ꝛ īdignabund⁹ apꝑuit.
quē cū leuaret vt ſumeret: cepit ille īfātu=
lus faciē auertere: ꝛ ne poſſet a ſacerdote
ſumi: manib⁹ ꝛ pedib⁹ reluctari. q̄ſi vellet
pb̄ro dicere: a te ſumi refugio. qꝛ ī te video
qđ abhoꝛreſco: qui tādē infans quaſi vim
paſſus: viſus eſt oꝛi ei⁹ poti⁹ īpꝛimi q̄ īfer=
ri. Cū aūt ille ſcolaris id vidiſſet ſepi⁹: idē
ſacerdos int̃ cetera dixit ei: quotiēs ſumo
coꝛp⁹ xp̄i cū tāta difficultate recipio ipſū:
ꝙ nō ſufficio admirari. Cui ſcolaris pādēs
que viderat: ꝯſulo inq̇t tibi vt te coꝛrigas
et emendes. Qui cū ſe coꝛrigēs ꝛ emēdās
poſtea celebꝛaret: vidit ſcolaris infanteꝫ
manib⁹ et pedib⁹ velocit̃ illabi in os pb̄ri.

Ecce qualit̄ ille ſacerdos q̄ ad panē eucha
riſtie ĩdigne accedebat: nō ĩcorporabat̄ ei
ſpūal'r: ⁊ tñ ip̄z corpal'r recipiebat. qñ aūt
digne acceſſit: ſpūal'r ĩcorpari meruit.
Sil'e huic ꝯtigit in regno francie. Quidā
ſacerdos in nocte natal' dñi: de vna villa ĩ
aliā trāſijt vt iuxta ꝯſuetudinē eccl'ie cele-
braret in media nocte. Qui in itinere ob-
uians meretrici cū ea peccauit: ⁊ ſic polu-
tus ad celebrādū miſſā in villā acceſſit. Fa
cta aūt eleuatione: colūba niuea ip̄o vidē-
te deſcēdēs totūq̄ꝫ bibēs qđ erat ĩ calice. ro
ſtro ſuo cepit hoſtiā ſacrā et ſecū detulit eā
Ille aūt attonit⁹ q̄d facerꝫ neſciuit: ſꝫ tñ ꝑ-
pter vitandū ſcādalū ꝓpl'i: miſſā cōpleuit:
ſꝫ hoſtiā qua ſe cōicaret nō habuit. Et h̄ idē
ſibi accidit in trib⁹ miſſis diei illi⁹. Tādeꝫ
cōpūct⁹: ad quēdā abbatē ciſtercieñ ordis
venit: ⁊ ei ꝯfeſſus eſt. Ille abbas volens ꝓ
bare ꝟtutē ꝯtritionis ei⁹ penitētiā ſibi iūū-
ctā ſuſpēdit ⁊ ad tp̄s diſtulit: iniūgēs ei vt
iterū miſſā celebraret. Quo celebrante co
lūba rediens: tres hoſtias roſtro detulit:
et trium miſſarum ſanguinē de roſtro ſuo

calici immiſit ⁊ euolauit. Qđ cū ſacerdos abbati retuliſſet: et mox vellet fieri monachus. Abbas ꝑus ſibi iniunxit peregrinationē hieroſolimitanā: ⁊ vt illic infirmis hoſpitalis triennio deſeruiret. Quo peracto rediijt: ⁊ ab ipo abbate monachalē habitum ſuſcepit: in quo vitam ſciſſime finiuit. Ecce qualit̃ ille ſacerdos ꝙdiu fuit in peccato mortali: non potuit vero pani incorporari. cum autem factus eſt immunis a pctō ſtatī incorꝑat⁹ fuit. Itē nō ꝙ qn̄ dr̄ miſſa: quādoq; plus incorporatur ille qui aſtat: ꝙ ille q̇ celebrat: ⁊ ille q̇ deuote audit: ꝙ ille qui indigne ꝯficit. Ptȝ per exēplū qđ inueni ſcriptū ſic. Fuit q̄dā virgo ſcitate ꝑcipua et bn̄ litterata: que cū ſacerdotē pplo ſuo ꝑdicātē in eccl'ia audiſſet qđdam verbū ꝯtra fidem catholicā ꝑ ignorātiā ꝓtuliſſe. Illa bn̄ ītelligēs: valde ſuꝑ hoc indignata fuit: ſed ꝓpt̃ popl'm tacuit Sacerdote autem ad altare reuerſo: cū diceret. Orate ꝓ me frēs ⁊ ſorores ad dn̄ȝ. Illa in corde ſuo dixit. o mū diſſime deus ī q̇ vaſe poluto recipiet hodie hic blaſphem⁹

corp⁹tuū. Et cū poſt agn⁹dei ſacerdos vel
let recipere corpus xp̄i: ſubito angel⁹ dn̄i
accipiens corp⁹cū ſanguie: v̄gini huic de
portauit et dedit ei reuerenter recipiēdū.
Sacerdos aūt turbatus et ꝯfuſus: accipi
ens calicē vacuū et ablutis digitis ꝓpter
ppl'i ſcādalū ac cōpleta miſſa: ſolo ꝓſtrat⁹
eſt corā altari. Et cū ſup h̄ qđ ſibi ꝯtigerat
doleret grauiſſime. illa virgo dulciter acce
dēs ad eū de errore ꝑlato ip̄m blande cor-
ripuit: et de corpe xp̄i ſibi ablato ab āgelo
ſcō et a ſe recepto: ip̄ȝ ſecurū reddidit atq̄
certū Sic ğ pȝ ꝙ ille q̄ miſſe aſtat: ſe xp̄o
incorꝑat plus q̄ȝ ille qui celebrat. Et ꝙ pl⁹
ꝑficit in miſſa ille qui deuote audit: q̄ȝ ille
q̄ indigne ꝯficit Ecōtrario aūt aliqñ pl⁹
ſe icorꝑat q̄ celebrat: q̄ȝ ille qui aſtat vl' mi-
niſtrat. qđ ptȝ per qđdā exemplū qđ iueni
ſcriptū ſic Dū ſacm̄eta offerret ſcūs ma
lachias et appropiaſſet diacon⁹: ītuit⁹ eū
ſacerdos ingemuit: q̄ſi ſentiret latere ali-
qđ incōueniēs penes illū. Et pacto ſacrifi
cio: cū ſcūs malachias pcūctat⁹ eſſȝ diaco
num de ꝯſcia ſua: cōfeſſus eſt ei diacon⁹ ſe

fuiſſe paſſũ illuſionem illa nocte que ſolet dormientib9 accidere. Cui ſctũs malachi-as iniũgẽs penitẽtiã: nõ debueras inquit miniſtrare hodie ad altare: ſed a ſacris ab ſtinere verecũde et deferre tãtis miſterijs. vt humilitate purgatus: exĩde dign9 mini ſtrares. Et ſic patz q plus pficiebat in illa miſſa: ille qui celebrabat q̃ ille q miniſtra-bat: qz melius erat diſpoſit9. Sic ḡ patz de tertio pane.i. de pane euchariſtie: qua-lit debem9 nos ad illũ diligenter pparare cũ fide accedere: cũ timore ſuſcipe: cũ de-uotione maſticare: et per verã dilectionez ſe incorpare ⁊ eidẽ vnire. Et de hoc pane ſi cut de alijs poſſum9 ſimilit exponere illud qd nos petim9 in dñica orõne Panẽ noſtrũ quo. da no. hodie. q. d. O dñe da nobis ho-die.i. in hac vita q̃ nõ eſt niſi via q̃ ad patri am tẽdim9. panẽ nrm.i. ſpũale viaticũ q in itinere hui9 vite ſuſtẽtari indigem9: ne in via deficiam9. Panẽ dico qtidianũ.i. quo-tidie nobis neceſſariũ: qz iſte panis eſt aie bñ diſpoſite.i. aie deuote ⁊ exiſtentis in ſta tu grẽ et ſine mortali labe quotidiana eſca

et eſt aīe infirme ſi digne recipiat quotidia
na medicina. Eſt enī digne recipienti vali
diſſima medicina ꝯ pctā venialia q̄ q̄tidie
incurrim⁹ q̄ſi ex quadā neceſſitate. ꝑ3 illō
p̄s.xxiiij. De neceſſitatibus meis erue me
dn̄e. Gloſa.i.de pctis venialib⁹: a q̄b⁹ pōt
vix ꝑfecte cauere etiā homo ſctūs. Jō q̄ti-
die ad hūc panē medicinalē recurrere de-
bem⁹. Alioq̄n poterim⁹ ꝯgregare tot veni-
alia in vnū: q̄ ita opp̄merēt nos ⁊ ſubmer
gerent in baratrū: ſicut mortale pctm̄. Nō
eī differt ſicut dicit auguſt. vtrū nauis ſub
mergat̄ ꝑ vnū magnū ſaxū vl' ꝑ arene mi-
nute aceruū. Rogem⁹ igit̄ dn̄3 vt det nobiſ
hūc panē ita fidelit̄ et deuote recip̄e q̄ ip̄e
ſit nobis medicina aīe et corpis: ip̄o p̄ſtāte
cui ē laus honor et gl'ia per infinita ſecula
Amen [De gl'ia mundi] Ser.xliiij.

Anē no.quo.da no.ho. Vidim⁹ i p̄ce-
dētib⁹ ſmonib⁹ de trib⁹ p̄mis panib⁹
q̄s petim⁹ i dn̄ica orōne cū dicim⁹. panem
no.quo.da no.ho.i.de pane nature.doctri
ne.⁊ euchariſtie. Quart⁹ panis de q̄ loq̄
tur ſcriptura: et quē nos in eadē orōne it̄ē

dim⁹ petere eſt panis glie. Et ſciendũ ꝙ ille idẽ.i.dñs nr̃ ieſus xp̃s q̄ ē nob ĩ pñti vita panis euchariſtie.i.grẽ: ĩ celeſti patria erit nob panis glie.ille q̄ ē hic panis hoĩz: ĩ futuro erit panis hoĩz ⁊ ãgeloꝝ.ĩ cui⁹ figura dr̃. p̃s.lxxvj. Panẽ ãgeloꝝ mãducauit hõ. Sz h̄ ē differẽtia ei⁹ panis ad ſeip̄z: ſm p̄ñtẽ ⁊ futuꝝ ſtatũ: qꝛ h̄ recipit̃ ſb velamĩe i.velat⁹ fidei enigmate ⁊ panis ⁊ vini ſpẽ: illic recipiet̃ ſb maĩfeſta viſione. P̄t̃ea qñqꝫ h̄ recipit̃ a bñ diſpoſitꝭ ⁊ a male diſpoſitis. Illic ů a ſol' bñ diſpoſitꝭ Itẽ aliq̄ h̄ recipiũt hũc panẽ ad ſalutẽ: ⁊ aliq̄ ad dãnationez. Illic nemo potit ip̄z recipe ad dãnationẽ: ſ oẽs ad ꝑpetuã ſalutẽ. Recipit̃ h̄ tp̄al'r. Illic et̃nal'r. Cũ iſto pane ĩdigem⁹ h̄ pane corporeo: illic ꝯtẽti ſolo ip̄o: nl'lo alio ĩdigebim⁹ alimẽto. Et ſciẽdũ ꝙ iſte panis gl'e: ĩ illa celeſti pat̃a habebit tres ꝯditiões valde deſiderabiles. Erit enim ille panis ſine defectu ſatians: ſine faſtidio delectans: et ſine fine vel ſine excidio viuificans. [Qꝛ eterna gloria erit ſatians.] Primo dico ꝙ in illa celeſti patria. Iſte panis erit ſine

defectu ſatiās: qꝛ qui hūc panē in celo co=
medet: nihil vlteriꝰ ſibi deficiet. Nā ī degu
ſtatione huius panis: ꝑ manifeſtū ītuitū:
cōplet̄ omne deſideriū: ⁊ hoīm ⁊ angeloꝝ.
Et iō dicit dn̄s in euā. luce. xiiij. Beatꝰ iq̄t
q̄ manducabit panē in regno dei. Uere be
atus: qꝛ oīa deſiderabilia īſimul habebit:
⁊ iō ſine defectu ſatiabit̄: qꝛ vltīꝰ ſibi nihil
deficiet: ſed totū ſuū deſideriū adīplebit̄.
Re vera habebit vnū bonū qꝺ merito vo=
cat̄ omne bonū: qꝛ in reſpectu eiꝰ vniꝰ ſū=
mi boni: q̄ſi nihil eſt omne aliud bonū. Et
iō dicit ſalomō ꝓuer. xj. Deſideriū iuſti oē
bonū. Alit̄ nō eſſet beatꝰ nec in ſtatu btītu
dinis poſitꝰ niſi bonis oībꝰ eſſet plenꝰ. Qꝛ
ſicut dicit boeciꝰ ī libro de cōſolatiōe phīe.
Btītudo eſt ſtatus oīm bonoꝝ. Quādiu eī
aīa deſiderat aliquid qꝺ habere nō pōt. nō
eſt btā: ſꝫ miſera. Et iō neceſſe ē vt btītudo
quā ponūt aliq̄ ī delitijs ⁊ diuitijs ⁊ honori
bꝰ huiꝰ mūdi ſit glr̄a vana et deceptoria. ſm
illud qꝺ dicit dn̄s per eſay. ꝓpħaz. iij. Po=
pule meꝰ q̄ te btm̄ dicunt: ipi te decipiunt.
Certe btītudo que eſt de deo ⁊ in deo: ē per

manēs et vera.ſm illud ps.cxlv.Beat⁹ cuius de⁹ adiutor ei⁹ ſpes eius ī dño deo ipi⁹.
Et inter vtrāq₃ diſtixit beatitudinē dauid pphēta: q̄ cū numeraſſet ea in q̄bus putāt beatitudinē inuenit amatores hui⁹ mūdi. filioꝝ et filiaꝝ pulcritudinē: promptuariorū plenitudinē: ouiū et boū fecūditatez et pinguedinē: edificioꝝ ſoliditatē: et tēporis tranq̄llitatē Sz cū hec oīa numeraſſet q̄ſi irridēs beatitudinē hāc falſaz.ſubiungit ps.cxliiij.beatū dixerūt ppl'z cui h̄ ſunt.Et poſtea oſtēdit q̄ ſit beatitudo vera cū dixit.Beatus pp'ls cui⁹ dñs de⁹ ei⁹ id eſt qui poſſidet deū ita q̄ vlteri⁹ nō timet amittere eū.Et ſic poſſidēt illū illi q̄ in paradiſo pane celeſti fruunt̄. beat⁹ ergo q̄ mādu cat panē in regno dei. Placet mihi dulcedinē panis celeſtis mōſtrare per quoddā exēplū. In quadā abbatia q̄ erat in medio cuiuſdā nemoris: fuit quidā monach⁹ qui multo tpe rogauit dñm vt daret ei aliquid ſentire de dulcedine celeſtis patrie. Et cū ſemel poſt matutinū officiuz diceret orōnes ſuas per clauſtrū: audiuit ſup quā

dā arborē auiculā aliquā cātantē dulciſſi-
me: et paulatī ſe elongātē ⁊ ad nemꝰtēden
tem, quā ſecutus eſt ꝑ poſticiū quoddaꝫ qđ
erat in muro abbatie: donec auicula ſtetit
ſuꝑ quādā arborē: et ipſe ſtetit iuxta ipām
quouſqꝫ auicula ſuū cantum dimiſit et re-
ceſſit. Tunc ipē audiuit primā pulſari ī ab
batia ⁊ rediīt ad abbatiā. Sed cū vellet in
gredi per poſticiū ꝑ quod exierat īuenit ip
ſum muratū. et circuiens muros abbatie:
venit ad primā portā: ⁊ nō cognouit porta
riū nec aliquē in abbatia: neqꝫ cognitus ē
ab aliq̄. Et cū quererer̄ ab eo quis eſſet: di-
xit ſe monachū eſſe iſtius abbatie: et poſt
matutinū exiiſſe et audito cimbalo ꝓ p̄ma
ſtatim rediiſſe: ſed poſticiū per qđ exierat
muratū īueniſſe: et ꝙ videbar̄ ei ꝙ tota ab
batia mutata fuiſſet. Et cū quererer̄ ab eo
quis eſſet abbas ī illo tempe q̄ exierat ipſe
nominauit eū. At illi ſcrutātes cronicas ⁊
epitaphia abbatū: inuenerūt ꝙ. ccc. anni
erāt elapſi: dū ille bonꝰ monachus ī cantu
auicule illiꝰ fuerat occupatꝰ ⁊ raptꝰ. Hanc
aūt auiculā nō ē dubiū fuiſſe vnū āgelū in

tali ſpecie miſſū: ad iplēdū illi⁹ mōachi de
ſideriū. Si aūt audit⁹ vni⁹ vocis angelice
tm̄ potuit illū bonū mōachū reficē ꝙ p.ccc
ānos ñ idiguit alia refectōe: ē mirꝫ ſi ituit⁹
ꝛ guſt⁹ māifeſt⁹ illi⁹ pāis celeſtꝭ.i.xp̄i xi ho=
mīs ꝛ xi dei q̄ geinā naturā.i.hūanitatē et
diuinitatē ſuā mōſtrabit nob̄ i ſeipo quaſi
duo fercl'a i vno diſco.vt ex vno i.ex ituitu
ſue diuinitatꝭ reficiamur iteri⁹.ꝛ ex alio.i.
ex ituitu ſue hūanitatꝭ reficiamur exti⁹.
Eſt ne inq̄ꝫ mirꝫ ſi ip̄e iplebit ꝛ ſatiabit to=
tū deſideriū: Rexa viſio di ſic dic.b.bnar.
eſt ita delectabil' ꝙ q̄ poſſꝫ eū vidē i iferno.
ſtati ifern⁹ ꝯūteret i ameniſſimū paradiſū
Secure igit pōt dici btūſ q̄ mādūcabit pa
nē i reg̃ di. Rogem⁹ dn̄ꝫ vt ad illā grãꝫ vale
am⁹ pueire.[Glia etna erit dlctābil'.] xlv.
Anē n.q̄.d.n.h. Scd̄o dico ꝙ pāis gl'e
erit ſine faſtidio delectās. In cib cor=
palib⁹ in hac vita appetit⁹ dū nō habet pa
rit cruciatū. ſ poſtq̄ꝫ habet ſatietas parit
faſtidiū. ſꝫ illō puer.xxvij. Aīa ſatiata cal
cabit fauū. i illo xo pane appetit⁹ parit ſū=
mū dlectamētū ꝛ ſatietas nūq̄ꝫ parit faſti=

diū.ſ̄ ā pli⁹ ꝓuocat appetitū. Propt̄ quod
iṗe panis ſapiē.dicit ī eccle.xxiiij. Qui e-
dūt me adhuc eſuriēt: ⁊ q̇ bibūt me adhuc
ſitient. Qui edūt me q̇ ſū panis aīas deuo
tas et aīas glorioſas ſatians. Et q̇ bibunt
me q̇ ſū fons et̄na dulcedine īebriās: ⁊ om
nē calorē nociuū refrigerās: adhuc eſuri-
ent et ſitient. Gloſa dicit nō defectu ſed af
fectu. Et h̄ ē qđ tangit̄ ī ꝓſa. Mirant̄ nec
deficiūt fruunt̄ nec faſtidiūt: ī illū q̄ꝫ ꝓſpi
ciūt: q̊ magis frui ſitiūt. Et ꝓpter hoc iſte
panis ſine faſtidio delectās bn̄ figurat⁹ eſt
in lege veteri ꝑ illud māna qđ dn̄s đdit po-
pulo ſuo in deſerto. de q̇ dicit̄ in libro ſapi.
xvj Angeloꝝ inq̄t eſca nutriuiſti ppl'ꝫ tuū
et paratū de celo panē p̄ſtitiſti eis ſine la-
bore oē delectamētū ī ſe habentē: et oīs ſa
poris ſuauitatē. ſubſtātia enī tua dulcedi-
nē tuā quā in filios habes oñdebat. et deſ̄-
uiens vniuſcuiuſqꝫ volūtati ad qđ q̇s vole-
bat cōuertebat̄. Et nota q̧ in illa figura tā
gunt̄ tria. ꝓpter q̄ ille panis erit đlectabi-
lis. q̄ ſūt fruēs ſocietas: dātis liberalitas
et oīmoda ī cibo reperta ſuauitas. Primū

quod reddit panē celeſtē delectabilē ē ferуuens ſocietas.qꝛ delectabilioꝛ ꝛ gratioſioꝛ et ſapidioꝛ eſt refectio quā hō accipit ī bona et amabili ſocietate q̄ȝ ī alia.Et nos accipiem⁹ panē illū in ſocietate angeloꝝ et omniū ſctōꝝ quoꝝ q̄libet diliget q̄ȝlibet aliū ſicut ſeipm̄.Et hoc tangit̄ in p̄dicta auctoritate cū dicit̄ ſapi.xvj.Angeloꝝ eſca nutriuiſti ppl'm tuū.i.oēs ſanctos.Secundū qđ reddit panē celeſtē delectabilē ē dātis liberalitas.qꝛ gratioſioꝛ ē cib⁹ q̄ gratis datur:q̄ȝ ille q̄ vendit̄ vel cū laboꝛe acq̄rit̄. Et iſte cib⁹ oīb⁹ electis dabit̄ ḡtis.Et h̄ tāgit̄ cū dicit̄.Panē p̄ſtitiſti eis ſine laboꝛe. Preſtitiſti dicit:nō vēdiſti:et ſine laboꝛe ꝛ nō cū multo:ſed cū momētaneo coꝛdis et coꝛpis ſudoꝛe.Dīs enī laboꝛ quē ꝓ habenda et'na refectione ſuſtinēt ſcī ī hac vita eſt momētane⁹ſi cōpet̄ eternitati.imo q̄ſi nullus.qꝛ finiti ad īfinitū nulla ē ꝯpatio vt dicit ph̄s.Tertiū qđ reddit panē celeſtē delectabilē:ē oīmoda ī illo cibo repta ſuauitaſ Si ei cib⁹ delectabilis ē q̄ habet ī ſe vnum bonū ſapoꝛē:nōne delectabiliſſim⁹ ē ille q̄

habet in ſe oēs bonos ſapores: Et certe talis ē panis celeſtis habet ei ōs ſapores nō per eſſentiā. abſit ei vt in cibo celeſti īueiatur ſapor carnalis: qui ad nutriendā ſolā carnem putribilē et mortalē eſt vtilis: ſed habet in ſe omēm ſaporē per equalētiā et ꝑ ſupexcellentiā qꝛ habet in ſe saporē q̇ pfecte ſatiat et replet et delectat aīam et ſpm̄ rationalē. Ita ꝙ ipſo guſtato nō eget ſapore alio. Et hoc notaꝛ̄ cuꝫ diciꝛ̄ habentē i ſe oē delectamētū et oīs ſaporis ſuauitatem ꝛc̄. vt ſup̄. In māna eni qn̄ erat ī ore comedētiū īueniebat quilibet ſaporē cibi q̄ꝫ volebat īuenire ibi. Similiꝛ̄ in pane celeſti īueniet q̇libet ſaporē talē ꝙ nunq̄ꝫ vlterius deſiderabit nec poterit deſiderare aliū. qꝛ certus erit ꝙ null⁹ poſſet deſiderare pareꝫ vel meliorē. Exēplū quoddā poſſu⁹ adducere qđ inueni ſcriptū ſic. In ciuitate q̄ diciꝛ̄ ſueſſiōis i eccl'ia beate marie vgīs in qua dn̄s fecit multa miracula ad honoreꝫ ſue mr̄is: ꝛ maxīe curādo illos q̇ cruciāꝛ̄ igne ſacro ad quā cū q̇dā puer ardēs pedi b⁹ a mr̄e fuiſſꝫ adduct⁹ ꝛ ab eo liberat⁹ Ipe

ãt puer volẽſ p⁹ea ituꝫ dictã eccl'aꝫ viſitare
a mr̃e nõ ẽ ꝑmiſſ⁹ Et cũ nll'o mõ a mr̃e poſſꝫ
ĩpetrare vt dictã eccl'aꝫ viſitarꝫ: dixit. p̃coꝛ
deũ ⁊ beatã v̉ginẽ mariã vt ꝯpellat rediui
ua ĩfirmitas qꝺ ꝯ̃ſiderãti negat̃. Ad hãc vo
cẽ cepit igne tabefico ꝯcremari. Tũc mr̃ t̃=
rita ad eccl'iaꝫ beate v̉gis ꝓperat cũ ĩfãte.
Qui oꝛõe facta coꝛã altari btẽ v̉gis obdoꝛ
miuit ⁊ p⁹ſõnũ curatũ ſe iueĩt: ⁊ narrauit
ſe raptũ fuiſſe ⁊ vidiſſe btãꝫ v̉ginẽ ſuꝑplicã=
tẽ ꝓ ꝑpl'o quẽ circũqꝫ ignis ille vaſtabat. ⁊
obtinuiſſe cũctis a filio ſuo ſanitatẽ. ꝗ etiã
mlta futura p̃dicẽs ſe ĩ bꝛeui moꝛiturũ ſic
factũ ẽ p̃co ĝuit. Re v̉a mirabile ĩ eo claruit
qꝛ cũ lr̃as nõ didiciſſꝫ: oẽꝫ ab initio mũdi
hiſtoꝛiã narrãs eã q̃ſi rithmice digerebat.
nouũ etiã teſtamẽtũ q̃ſi ĩ libꝛo legẽs ꝑ oꝛdi
nẽ recẽſebat. Tãdẽ clauſis ocl'is tanqꝫ tp̃a
lẽ lucẽ exoſus dedignabat̃ coꝛpales ocl'os
ſumẽ: et vix dignabat̃ alicui rñdere. Tãta
aũt claritas defũcti pueri perfudit facieꝫ
vt in cãdoꝛe ⁊ claritate vultus eius q̃ſi ãge
lus apperet. Sic ergo patꝫ qual'r delectat
pãis gl'e. qꝛ puer ille ꝗ videdo ſubito ⁊ q̃ſi ĩ

tranſitu ſemel eū deguſtauerat: corpales cibos poſtea faſtidiebat. Igit̄ hec ē ſecunda ꝯditio panis glie.q2 ipē ſine faſtidio eſt delectās. Quā delectationē det nobis experiri ieſus xp̄s dn̄s deꝰ nr̄ q̄ cū patre ⁊ ſpū ſctō viuit ⁊ regt̄ ī ſecula ſecloꝝ. [Gloria eterna erit viuificabilis.] Sermo.xlvj.

Anē no.q̄.d.n.h. Tertio dico ꝙ panis glie ē ſine fine viuificās. qđ nō iuenit̄ in aliq̊ cibo alio. Oīs enī aliꝰ cibꝰ q̄ꝫtū cūqꝫ ſatiet q̄ꝫtū cūqꝫ delectet: tn̄ imortalitatē habere nō pōt. Sꝫ iſte panis ī pſ̄ia oī fruenti eo dat vitā eternā ⁊ imortalē. Propt̄ qđ dicebat dn̄s iudeis ī euāg. ſctī iohan. vj. Patres vr̄i māducauerūt māna ī deſ̄to ⁊ mortui ſūt. Ego ſū panis viuꝰ q̄ de celo deſcēdi ſi q̄s māducauerit ex h̄ pane viuet ī et̄nuꝫ. Debemus hic debito modo intelligere de illo qui māducauerit hūc panē ī regno glorie. Nam in hoc mundo eo modo quo manducat̄ in altari: nō poteſt tantū māducari quin oporteat poſtea mori. Sed illi q̄ manducant euꝫ in regno celeſti viuificabunt̄ ꝑ ip̄m: ita ꝙ vltra non poterūt mori. Et pro-

pter h iſte panis viu⁹ fuit figurat⁹ p lignū
vite: qđ ſicut legit̃ in geneſ: poſitū fuit in
medio paradiſi terreſtris: qđ habz hāc vir
tutē q̄ oī comedēti ex eo ꝓlōgat et ꝑpetuat
vitā corꝑalē. ſicut ptz in enoch ꝛ in helya:
q̄ credunt̃ in illū paradiſū eſſe rapti: ꝛ ibi
ſeruari vſq; ad aduētū antixp̄i: ꝛ ibi guſtu
arboris vite viuificari. Tp̄e aūt ātixp̄i cre-
dit̃ q̄ ſūt exituri de paradiſo terreſtri: ꝛ ꝯ
antixp̄m pugnaturi. Sicut ḡ illud lignū
vite ꝑpetuat. i. ꝓlongat vitā corꝑalē in pa
radiſo t̃reſtri: ſic panis gl'e. i. dn̄s ieſus xp̄ſ
ꝛ aīas et corꝑa viuificabit ī ꝑadiſo celeſti.
Et iō dicit ſalomō ꝓū. xj. Fruct⁹ iuſtitie li-
gnū vite. Sēſus ē. oīs iuſt⁹ q̄ in h mūdo bn̄
oꝑando laborat: nō aliū fructū de oꝑibus
ſuis expectat: niſi vt lignū vite. i. dn̄m ieſū
xp̄m: q̄ vocat̃ lignū vite ꝛ panis vite: in pa
tria celeſti facie ad faciē vidēdo comedat.
Nā comedētes ip̄m: viuificabūt̃ in eternū
Sz vbi: dictū eſt ſupra: q̄ mādu cauerit ex
hoc pane viuet in eternū. Sz nō oēs erunt
digni hoc pane: q2 illi qui hanc vitā nimis
diligunt: ſunt ſicut ſtulti carnales ꝛ mali-

cioſi hoīes vitā mūdi toto deſiderio amplectētes: illi nūq̄ guſtabūt panē q̄ dat vitaꝫ eternā. Sꝫ ſimplices ⁊ īnocētes q̄ ꝓpt̄ ipm moriūt̄ mūdo: illi viuificabūt̄ hͦ pane ī celeſti regno. De qbꝰ dicit apl's coll'. iij. Mortui eī eſtꝭ ⁊ vita vr̄a abſcōdita ē cū xp̄o ī dō cū aūt xp̄s appuerit vita vr̄a tc̄ ⁊ vos appebitꝭ cū ip̄o ī gl'a. Suppone̊ mihi libet duo exēpla q̄ inueni ſcripta hoc modo. Quidā ſupp̄oꝛ ciſterciēſ oꝛdis: amans tenerrime īfātiā ſaluatoꝛis. Recolebat frequētiꝰ q̄lit̄ idē ſaluatoꝛ ꝓ nobis a btā maria virgīe cōceptꝰ ⁊ enixꝰ et lactatus fuerat ⁊ nutritus. Qui per hec in gr̄a ſctē ſimplicitatis ⁊ innocētie ꝓfecit mirabilit̄: ⁊ amicꝰ effectꝰ eſt btē marie virgis ita q̄ abundanter hauſit gr̄am deuotionis. Die igit̄ quadā: dū ī refectoꝛio cū ꝯuentu diſcūberet: raptꝰ in extaſi: vidit btām virginē in foꝛma pulcherrimā: ⁊ int̄ brachia pulcherrimū puerum poꝛtātē: ⁊ per refectoꝛiū intrātē Et ex ſimplicitate ſua nondū intelligens viſionem: mirabat̄ qual'r mulier ꝯtra inſtitutionem ⁊ ꝯſuetudinē illiꝰ oꝛdis refcōꝛiū igꝛedi pre

ſūpſiſſet: ⁊ credebat ꝙ oēs viderēt ſic ipe vi
debat. Et cū ipa corā ſinglis portaret pue
rū: venit an̄ ipz ⁊ ita ꝓpe ꝙ puer ſuis pedi
bꝰ fere tāgebat ciphū illiꝰ: nihil dicēs. ſed
in eū reſpiciēs. Tūc ſuppoꝛ porrigēs ei pa
nē dixit. papa mi puer papa. id ē comede.
Cui rūdit puer. nō papabo mō: ſed tu poſt
triduū papabis mecū in regno meo. Quo
facto diſpuit viſio. Et ſtatim īfirmitas ſup
poꝛē arripuit: qui poſt tres dies iuxta pue
ri condictū ad dn̄m migrauit: papaturus
cū ipo panē viuificātē ineternū. i. ipz dn̄m
ieſum xp̄m qui comedit̄ in celo ab angelis
⁊ a ſanctis: nō guſtu corporei dentꝭ: ſed in
tuitu mūdi cordis. Itē aliud exēplū īueni
ſcriptum ſic. In quadā abbatia fuit q̄dā
ꝑuulus monachꝰ qui ymaginē pueri quā
ymago btē marie virgīs in q̄dā capella te
nebat in manibus diligens tenerrime ex
puerili ſimplicitate et innocentia: panem
et alia cibaria que habere poterat: ei ſepi-
us miniſtrabat: et rediens in ſcutella po-
ſtea nihil inueniebat. Cūq̧ flens rogaret
pueruz vt ſibi loqueret̄: et corā eo comede-

ret: ꝛ ille nihil diceret: ꝛ abbaſ monaſterij q̇ latēs in capella frequēter orōni īſiſtebat hᵒ ſepiꝰ ꝑcepiſſ;: vocatū ad ſe puerꝝ mōchū blanditijs cepit allicere et ab eo exegit vt q̇cq̇d puer ſibi diceret: eidē; reuelaret: qđ puer ſe facturū ꝓmiſit. Quadā vero die cū ṗdictꝰ puꝰ monachꝰ ſtaret corā ymagine: vox ad eū facta eſt dicēs. Mādat tibi puer quē tm̄ diligis vt venire ad nuptias eiꝰ nō moreris. Cui puer monachꝰ rn̄dit ſe nō poſſe ire abſq; abbatis licētia: et hᵒ abbati q̄ꝫtotiꝰ nūciauit. Qui cogitans tēpꝰ mercedis recipiende ꝓ laborībꝰ eſſe idoneū: conuerſus ad dn̄m in orōne manꝰ expandit et pandēs dn̄o cordis ſui deſideriū qđ habebat ad ſuū ꝯſortiū: īterdixit puulo monacho ne aliquo mō ꝯſentiret ire ad nuptias dilecti pueri ſine ipo. Cūq; puer monachꝰ iterꝝ vocatꝰ ſe venire non poſſe ſine abbate diceret. Rn̄ſū eſt ei q̄ in die penthecoſtꝭ ꝓxime futurus: cū inchoaret̄ in choro hymnꝰ Ueni creator ſpūs. ipe et abbaſ ſimꝉ ad nuptias ꝑuenirent. Cū igit̄ dicta dies aduenisset: abbas nihil dubitans de diuino

oraculo ad puer facto: poſuit et tenuit iuxta ſe puer in choro. Et ꝯſcito pueri dictū hymnū inceperūt: ābo ſcꝫ abbas ⁊ pu⁹ille monach⁹ ſpm̄ emiſerunt. Et ſic factū eſt ꝙ puer qui puerū virginis pane corpis voluit paſcere: mō paſcit̃ ab ipo pane vite et̃ne cū ſuo abbate. Sic ḡ ptꝫ q̄liter quartus panis.i.panis gl'ie ſufficient̃ ſatiat: īfaſtidient̃ delectat: et̃nal̃r viuificat. Et de hoc pane pōt ſil'r intelligi illa petitio quā nos facim⁹ in dn̄ica orōne dicētes. Panē nr̄m quo.da no.ho. Sēſus ē.o dn̄e pr̄ celeſtꝭ: da nobis filijs tuis a te p gr̄am adoptatꝭ: ⁊ ad gl'am tuā p̄deſtinatꝭ hodie in tua et̃nitate in qua nō eſt niſi hodie.i.dies eterna ⁊ lux ꝯtinua ſine noctis et tenebrar intruptiōe In q̄ nō eſt heri nec cras: ſed ſp hodie. Qr in et̃nitate nihil eſt p̄teritū: nihil futurū: ſꝫ oīa ſūt pn̄tia. Et ſic accipit̃ hoc aduerbium in p̄s.ij.qn̄ de⁹ pr̄ dic̄ ad deū filiū Ego hodie genui te.i.ab et̃no. hodie ei dicit: vt illa generatio credat̃ ſp pn̄s: ⁊ nūꝙ̄ p̄terita vel futura. Sꝫ genui dicit et non gigno ne credat̃ ipfecta. Da nobis īquā hodie.i.

in eternitate panē nr̄m.i.teipm q̄tidianū.i.
quē q̄tidie desideram⁹ et ad quē q̄tidie bo-
norū operū gressib⁹ ꝑuenire nitimur. Sic
igit̄ patz de q̄druplici pane quē petim⁹ in
dn̄ica orōne cū dicim⁹. Pater nr̄ q̇ es i cel'
panē nr̄m quo.da no.ho. scz de pane nat̄e
doct̄ne: eucharistie et gl'ie: q̄r ꝑm⁹ ē bon⁹.
scd̄s melior. t̄ti⁹ opti⁹. q̄rt⁹ suꝑoptim⁹. Nō
ꝙ vbi euā.math.vj.dic̄ panē nr̄z q̄tidianū
ali⁹ euā.lu.xj.ponit.panē nr̄m suꝑsb̄stātia
lē.i.suꝑ oēm sb̄stātiā excellētē: qd̄ nō p̄t itel
ligi de ꝑmo pane.i.de pane nat̄e q̇ ē putri-
bilis ⁊ corruptibilis: sz de alijs panib⁹ qui
sūt spūales ⁊ incorruptibiles. Et tn̄ timeo
ne sint plures qui plus intēdūt petere pri
mū panē qui est cib⁹ corꝑis mortalis: ꝙ̄ ali
os panes qui sūt cib⁹ mentis ⁊ aīe īmorta-
lis. Et tales sūt sil'es illis: qui viso miracu-
lo qd̄ dn̄s iesus xp̄s fecit de q̄nq3 panib⁹ et
duob⁹ piscibus q̄nq3 milia hoīm satiauit.
Joh.vj.qui q̄rebāt dn̄m ⁊ volebāt rapere ⁊
facere eū regē eoꝝ: vt sine labore daret eis
panē ⁊ oēm escam corꝑalem: ⁊ de pane aīe
nullā habebāt sollicitudinē. Sz dn̄s iesus

aſcēdit in mōtē ⁊ abſcōdit ſe ne facerēt eū
regē: qꝛ ip̄e venerat in mūdū ꝓpter hoc vt
v̄bo ⁊ exemplo doceret nos fugere ⁊ ɔtēne
re honorē mūdi: ⁊ appetere ſempiternuꝫ.
vñ in euan. ioh. vj. legit̄ dñꝫ illis dixiſſe. q̄-
rit' me nō qꝛ vidiſtis ſigna: ſꝫ qꝛ mādu caſtis
de panibꝰ meis Rogemꝰ ꝰ dñm vt det no
bis panē nature doctrīe eucharistie dū vi-
uimꝰ: vt poſt mortē ad veꝝ panē gl'ie ꝑue-
nire poſſimꝰ. Ipſo ꝑſtāte cui eſt laus honor
⁊ gl'ia in ſcl'a ſcl'oꝝ amen. Sermo. xlvij.

Et dimitte nobis debita noſtra ſicut ⁊
nos dimittimus debitoribus noſtris
Chariſſimi hec eſt quinta petitio oratiōis
dñice: in qua nos petimꝰ a p̄re oīpotēti vt
amoueat a nobis vitiū ire: ⁊ det nobis vir
tutē patiētie. Nos ei petimꝰ vt dñs deꝰ di-
mittat nobis debita noſtra. i. pctā noſtra:
ſicut ⁊ nos dimittimꝰ debitoribꝰ nr̄is. i. ill'
qui peccauerūt in nos. Sꝫ peccātibꝰ i nos
nō poſſumꝰ dimittere: niſi auferat̄ a nobis
vitiū ire: ⁊ det̄ nobis v̄tꝰ patiētie. Qui ei
in ɔtumelijs vel in iniurijs ſibi illatis nō ha
bet patiētiā: ſꝫ portat in corde ſuo rācorē

⁊ iram:⁊ deſiderat de iniuriantib⁹ ſibi ac=
cipe vindictã:nõ dimittit ſuo debitori: et
ita dñs de⁹ nullũ debitũ.i.nullũ pctm̃ di=
mittit ei:qꝛ in hac orõne homo cõſtrĩgit ſe
q̃dã cautione ad indulgendũ ꝓximo:ad h̃
vt poſſit ĩdulgẽtiã mereri a deo Fruſtra
ğ dicit hãc orõnẽ q̇ habet in corde ſuo iraʒ
vel rancorẽ ꝯtra aliquẽ. Sʒ forte tu dices
ꝙ dicẽdo dñicã orõnẽ tu intponés et omit
tes iſtã petitionẽ: ⁊ dices alias ſex petitio
nes.Ego dico tibi ꝙ nihil ꝓdeſſet dñica o=
ratio:qꝛ nõ diceres eã illo mõ quo tradita
fuit a xp̃o.Sʒ forte adhuc dices ꝙ ꝑpt̃ iſtã
ꝑticulã tu dimitteſ totã orõnẽ dñicã:qꝛ nõ
vis per ip̃aʒ obligare te deo ad dimittẽdũ
ꝓximo ⁊ dices alias orõnes.i.Aue maria
Credo in deũ.ſeptẽ p̃s. vel pſalt̃iũ. Tunc
dico ꝙ orãdo ſic nihil ꝓficeres:qꝛ contenta
hac orõne dñica oĩs alie nõ poſſũt tibi ꝓ=
deſſe:qꝛ illa omittit̃ p quã oẽs alie ꝯfirmãt̃
Sʒ forte tu dices ꝙ nõ habes debita q̃ tibi
a deo dimittant̃ vel q̃ dimittas ꝓximo Cõ
tra hoc dicit aug.ꝙ nõ eſt homo q̇ nõ ſit de
bitor apud deũ:⁊ qui nõ habeat debitoreʒ

ꝓximū.Quis enī eſt q̄ nō ſit debitoꝛ apud
deū niſi q̄ nunq̄ peccauit:et quis ē q̄ nō ha
beat debitorē ꝓximū:niſi in q̄ nemo pecca
uit.Job.xxv.dicit.Nemo mūdus a ſoꝛde:
nec etiā īfans cuiꝰ vniꝰ diei vita eſt ſup t͛rā
Et ī.j.iohan.j.dr̄. Si dixerimꝰ qꝛ peccatū
nō habemꝰ:noſip̄os seducimꝰ⁊ v͛itas ī no-
bis nō eſt.Auguſtinꝰ dic̄.audeo dicere ꝙ ſi
oēs ſancti eſſent ī vnū ꝯgregati:poſſēt v͛aci
ter dicere deo. dimitte nobis d̄bita nr̄a ſic̄
et nos dimittimꝰ debitoꝛibꝰ nr̄is. excepta
ſola ſancta maria virgīe de q̄ cū de peccat̄ꝭ
agit̄ nullā pꝛoꝛſus volo fieri mētionē.Igit̄
nemo credat ſe īmunē a debito:ſed q̄tū cū
ꝙ appareat iuſtꝰ ī ꝯſpectu hoīm timeat oc-
cultū dei iudiciū:et clamet cū tīoꝛe ad do
minū deū. dimitte nobis debita nr̄a ſicut
⁊ nos dimittimꝰ debitoꝛibꝰ nr̄is.Et vt hoc
meliꝰ appareat ē ſciendū ꝙ.v.ſūt q̄ facere
debemꝰ ex quibꝰ ſi aliq̄d omittimꝰ debito-
res.i.tranſgreſſoꝛes ⁊ peccatoꝛes apud de
um ſumꝰ.Primo enī debemꝰ ſpem nr̄am in
deo ponere.ſecūdo p̄latis obedire.iij.vni-
cuiq̄ ius ſuū reddere.iiij.iniurias ex coꝛ-

de dimittere.v.a carnis illecebris abſtine
re. Per primū ordinamur ad deuꝫ.p ſcdm
ad ꝑlatū.p.iij.ad ꝓximum.p.iiij.ad īimi-
cum.et p.v.ordinatᷣ homo ad ſeipſum.
Debemus ſpem noſtrā in deo ponere. Di
co ꝙ primū debitū quod nos debemꝰ ē ſpē
noſtrā in deo ponere.ſm illud qđ ſcribitᷣ in
libro paralipome.xx.Cū ignoremꝰ inquit
qđ agere debeamꝰ: hoc ſolū reſidui habe-
mus vt oculos noſtros dirigamꝰ ad te dn̄e.
Nota ꝙ bene dicit ignoremuſ.qꝛ enī homo
peccando a luce vere ſapiētie receſſit meri
to tenebras ignorantie incurrit. Quid a-
gere debeamꝰ Ignoramꝰ enī qualitᷣ ſatiſfa
ciamꝰ de peccatis ꝑteritis: qualitᷣ inter tot
laq̄os tentationū caueamꝰ a futuriſ.et q̄litᷣ
intᷣ tot mundi fluctꝰ ꝛ ꝑicula ꝑueniamꝰ ad
portū ſalutis. Et iđo hoc reſidui habeamꝰ
vt oculos nr̄os dirigamꝰ ad te dn̄e qꝛ tu es
q̇ potes dare de pctīs ꝑteritis veniā. Et ꝓ-
ptᷣ h̄ rex dđ q̇ ꝑ adultiū ꝛ hoīcidiū ḡuiſſie
peccau̅at ocl'os leuabat ad deū dicēſ.cxxij
Ad te leuaui ocl'os meos q̇ hītas ī celis Et
ſeq̄tur ibiđ. Miſere nr̄i dn̄e miſere noſtri.

 

qꝛ multū repleti ſumꝰ deſpectiōe. Itē diri
gimꝰ oculos ad te. qꝛ tu potes dare tentati
onū victoriā. Et ideo leuabat ocl'os ꝓpħa
ad te dn̄e q̄ dicebat. p̄s. xxiiij. Oculi mei ſp
ad dn̄m: qm̄ ipſe euellet de laq̄o pedes me-
os. id eſt cogitationē meā ⁊ deſideriū meū
qui ſūt pedes aīe ꝑ quos ip̄a tēdit ſurſū vl'
deorſū. liberabit inq̄ a laqueo tentationū
Et in p̄s. xvij. Eripiar a tentatiōe: in te et
in deo meo tranſgrediar murū. i. tentatio
nem peccati. qꝛ pctm̄ ē murꝰ diuidēs inter
nos et deū. ſm̄ illḋ eſay. lix. Iniq̄tates nr̄e
diuiſerūt int̄ nos ⁊ deū nr̄m. Itē dirigimꝰ
oculos nr̄os ad te dn̄e qꝛ tu potes ꝑducere
nos ad portū ſalut̄. i. ad celeſtē p̄riā quā
tu oñdiſti ap̄l'is qn̄ i mōte thabor trāſfigu-
ratꝰ corā eis oñdiſti ſpeciē future r̄ſurrecti
onis q̄ pꝰea leuātes ocl'os neminē viderūt
niſi ſolū ieſū. i. ſaluatorē nr̄m. mat. xvij. et
mar. ix. Dic ḡ i aucte ſup̄dicta cū igramꝰ
q̄d agere debeamus hoc ſolū reſidui habe
mꝰ vt ocl'os nr̄os dirigamꝰ ad te dn̄e. ij. pa-
li. xx. Sic ḡ patꝫ q̄ debemꝰ ſpē noſtrā i deo
ponere et nō in hoīe. qꝛ tota ſcriptura cla-

mat. Maledict⁹ hō q̇ ſpez ſuā ponit ī hoīe. et benedict⁹ hō q̇ ſpez ſuā ponit ī deo. Exē plū habem⁹ in duob⁹ cecis q̇ fuerūt rome: quoꝝ vn⁹ robinet⁹ noīe clamabat ꝑ ciuitatē q̈tidie. bñ eſt adiut⁹ quē de⁹ vult adiuuare. et ali⁹ noīe rolet⁹ clamabat. bñ eſt adiutus quē īperatoꝛ vult adiuuare. Quod cuꝫ innotuiſſet imꝑatoꝛi fec̄ fieri vnū paſtilluꝫ foꝛtit̃ coctum et talētis aureis plenū: ceco ſuo vociferāti. i. roleto ad ianuā ſuā fecit illud dari. Qui rediēs accepto paſtillo talētis aureis pleno: obuiauit alij ceco. i. robineto: a q̇ requiſit⁹ ſi datuꝫ eſſet ſibi aliquid ad ianuā imꝑatoꝛis. reſpōdit rolet⁹ datuꝫ ſibi eſſe panē duriſſimū ꝛ pōderoſiſſimū. qd̄ ali⁹ cec⁹ robinet⁹ tractans int̃ man⁹ ſuas emit illud ab eo trib⁹ denarijs. et veniēs ad vxoꝛē ſuā fecit illud aperiri. ꝛ īuenerūt talenta auri: ex q̇b⁹ ꝑmutatis ditati ſūt et ſibi poſſeſſiōes ꝛ reddit⁹ neceſſarias emerūt et vltra nō mēdicauerūt. Alius aūt cec⁹ roletus noīe clamās ꝑ vicos ſicut ꝯſuerat ad ianuā imꝑatoꝛis ī craſtinū redijt: et req̇ſitus ab imꝑatoꝛe q̇d feciſſet de dato ſibi pa-

ſtillo: reſpõdit rolet⁹ alij ceco robineto pro trib⁹ dñarijs ſe illud vẽdidiſſe Quod audiens imꝑator repulit eũ q̃ſi male fortunatũ et ↄfirmauit alt'i⁹ ceci ſentẽtiã. qꝛ videlicet meli⁹ eſt adiut⁹ quẽ deus vult adiuuare: q̃ꝫ quẽ adiuuat imꝑator terren⁹. [Debem⁹ p̃latis obedire.] Secũdũ debitũ qđ nos debem⁹ eſt p̄latis obedire. qꝛ ſicut ꝑ inobediẽtiã paradiſũ amiſim⁹: ſic ꝑ obediẽtiã ad ipſuꝫ redire debem⁹. Et ideo habem⁹ neceſſe p̃cepta p̄latoꝝ noſtroꝝ ſuare. qꝛ ipſi tenẽt ſuꝑ nos locũ dei. Et de hͦ debito dicit dñs i euã. luc. xvij. Cũ feceritis oĩa q̃ p̃cepta ſũt vobis: dicite ſerui iutiles ſum⁹: qđ debuim⁹ facere fecim⁹. Qñ ḡ p̄lati p̃cipiũt ppl'o vigilias ieiunare: ⁊ feſta colere: ad eccl'aꝫ venire: i eccl'ia tacere: i cimiterio nõ chorizare: excõicatos cauere: ſortilegos et diuinos nõ cõſulere. et ſic de alijs. obedire đbem⁹ hũilit' ac delectabilit'. qꝛ ad paradiſi requiẽ ꝑuenire nõ poſſum⁹ alit'. Q̃ꝫ fructuoſa ſit obediẽtia: patꝫ ꝑ hoc ꝙ beat⁹ antoni⁹ totũ mũdũ plenũ laq̃is malis vidit: et clamãs ad dñm ait. dñe quis poterit oẽs hos

laqueos euadere. Et dñs respondit ei. q̄ ſo
lus eos euadere potit q̄ ver⁹ hũilis ⁊ ver⁹ o=
bediẽs fuerit. Quis aũt debeat reputari
ver⁹ obediẽs: oſtẽdit beat⁹ bernard⁹ q̄ dic.
Uer⁹ obediẽs mãdatũ nõ ꝑcraſtinat: non
querit moras nõ cũctat̃ de aliq̄: ſ parat au
res auditui: liguã voci: man⁹ operi: pedes
itineri. et ſic totũ ſe recolligit vt mãdatum
perficiat impantis. E cõtrario q̄ꝫ periculo
ſa ſit inobediẽtia: patet in malis angelis:
et ĩ primis parentib⁹ q̄ ꝓpt̃ ſuaꝫ ĩobedi=
entiã fuerunt de paradiſo eiecti et dãnati
mali angeli eternalit̃. qꝛ ceciderũt ſola ſua
voluntate nullo alio ſuggerẽte. parentes
aũt primi dãnati fuerũt tp̃aliter. i. vſqꝫ ad
aduentuꝫ xp̃i. ſꝫ hoc qꝛ peccauerãt ad ſug=
geſtionẽ alterius. i. diaboli. Et hoc idẽ pa=
tet in dathan et chore et abyron. qui quia
noluerunt venire ad preceptuꝫ prelati ſui
id eſt moyſi: cuꝫ tabernaculis ſuis et cum
tota ſua ſuppellectili viuẽtes a terra ſunt
abſorti: et in infernuꝫ demerſi. nũeri. xvj
Nõ eſt igit̃ ſecuruꝫ inobediẽtẽ eſſe mãdat
p̄latoꝝ. Sic ergo patet de duob⁹ p̄mis de=

 188

bitis que nos debem⁹ que ſunt i deo ſpem noſtraꝫ ponere et p̄ceptis p̄latoꝝ obedire. Per hāc duplicē viā.i.vere ſpei ꝛ v̄e obedientie digneť nos dn̄s ieſus ver⁹ obediens ad ſuū conſortiū ꝑducere ip̄o p̄ſtāte q̄ viuit et regn̄t de⁹ i ſcl'a ſcl'oꝝ.amē.¶Debem⁹ vnicuiqꝫ ius ſuū reddere. Sermo.xlviij.

Et dimitte nobis debita noſtra ſicut ꝛ nos dimittim⁹ debitoꝛib⁹ nr̄is. Tertium debitū eſt ꝙ nos debem⁹ vnicuiqꝫ ius ſuū reddere. Et de h̄ debito dic̄ apl's. Reddite oīb⁹ debita cui honoꝛē honoꝛē: cui tributū tributū: cui vectigal vectigal. Et nō ꝙ dic̄. oīb⁹.i. ſuperioꝛib⁹ ꝛ parib⁹ ac iferioꝛib⁹. Superioꝛes ſūt dn̄s tp̄alis: cui debem⁹ reddē cēſus ſuos: ſic̄ dictū ē ſup̄. cui tributū tributū. cui vectigal vectigal. ro.xiij Itē dn̄s ſp̄ual'.i. p̄lat⁹ eccl'iaſtic⁹ cui debe⁹ reddere p̄mitias ꝛ decīas ꝛ oblatōes ꝯſuetas ꝛ ꝯſuetudīes licite itroductas ꝛ p̄ſcriptas Itē ſupioꝛes ſūt pētes carnales q̄s debem⁹ honoꝛare ꝛ ſi idigēt neceſſaria miſtrare eis ꝛ ibecillitatē eoꝝ mutuis obſequijs ſuppoꝛtare. h̄ ē eni debitū qd̄ q̄ non reddit

multū offendit deū. Exemplū habem⁹ de q̇dā iuuene q̇ tm̄ diligebat vxorē ſuā ꝙ q̇ti-enſqȝ volebat cōedē aliquē cibuȝ bonū ad ſuggestionē vxorꝭ faciebat foras egredi pa trē ſuū. Et cū ſemel ſibi paraſſētvnū bonū caponē aſſatū ī veruto: ⁊ ī archa abſcōdiſ ſent eū: poſtq̄ȝ cōederūt potagiū ⁊ ꝯmunē cibū emiſerūt ſenē foras ſicut ꝯſueuerant At ů iuuenis archā aperuit: ⁊ loco capōis buffonē magnū īuenit: q̇ ſtatim ad guttur eius ꝓſiliuit. q̄ȝ ipſe a gutture ſuo nullo mō euellere potuit. Et cū veniſſet faber vt eū amoueret cum forcipib⁹ non potuit. Et ſic iuuenis patri ſuo ingratus: fuit a buffone ſuffocatus. Reddite igit̄ debitū oībus: id eſt vicinis pacem et amorem et obſequij viciſſitudinem: extraneis curialitatem et affabilitatem et naturalem rectitudinē. q̄ eſt. Non facias alij quod tibi nō vis fieri. ⁊ hoc d̄bitū reddim⁹ nos ſi nullū opp̄mam⁹ per potētiā: ſi nullū ſeducim⁹ ꝑ aſtuciam ⁊ mercationē falſā: ſi nulli⁹ reȝ retinemus ꝑ vſurā vel auariciā: ſ; oībus prodeſſe ſtude-amus per caritateȝ ſinceram. Quantum

eni deo diſplicet ille q̄ per potentiā ſuā vel aſtutiā vel auaritiā alienū retinet: ptꝫ per quoddā exēplū qd inueni ſcriptū ſic. Fuit in alemania quidā ditiſſim⁹ ⁊ peſſim⁹ vſurarius: qui fere totā illā terrā p̲ vſurarꝫ voragine abſorbebat. Quidā aūt frater ordis p̄dicatoꝝ q̄ vocabat̄ frater hugo de caſtro p̄plo t̄re cōpatiēs: illū vſurarium benigne monebat vt ab hac malicia cōtīeret. Quo in nullo ſe corrigente: ſed ſp̲ deteri⁹ opāte. Frater ille dn̄m terre adijt: ſ nihil ꝓfecit: qꝛ vſurari⁹ munerib⁹ ſuis illū corrupit. Poſtea cōqueſt⁹ eſt ille frat̄ epō ſup̲ h: q̄ corruptus fuit illi⁹ munerib⁹ pari mō. Et cū illū p̲ aliquē reuocare nō poſſet: ⁊ vſurarius ei inſidians mortem ſibi intētaret. cōuocato pp̄lo in generali ſmone: frat̄ fecit ip̄m vocari ſub hoc pacto q̄ nūq̄ dū viueret cōtra eū p̄dicaret. Cui corā oīb⁹ dixit: qꝛ aīe tue cōpatiebar ⁊ pp̄lo terre q̄ abſorbes tua cupiditate: nixus ſū ab hac malitia te vl' monitione caritatiua: aut ſcl'ari potētia: ſeu cenſura eccl'iaſtica reuocare. Sed qꝛ ī hac t̄ra non eſt iudiciū neq̄ iuſticia: corā et̄no

iudice te appello qui mẽdatijs nõ fallit̃ nec muneribꝰ corrũpit̃. Et ſalutato pplõ: ſcito te inqͭt ꝓ certo ꝙ in t̃ra iſta de cet̃o non p̃di cabo Et veniẽs ad domũ fratrũ p̃dicatoꝝ lectũ ꝓtinꝰ itroiuit. Cũqꝫ creſcẽte ĩfirmita te: morti iam ꝓpĩquꝰ: ꝓtinꝰ loq̃lã ꝑdidiſſꝫ. frĩbꝰ ſiml̃r ⁊ q̃buſdã ſcl̃aribꝰ exitũ aĩe expe ctãtibꝰ: expgefactꝰ ⁊ rediens ab extaſi: ſu bito cũ grandi letitia reſpirauit: mõ peſſi me vſurarie velis nolis corã iuſto iudice re ſpõdebis: ⁊ mirãtibꝰ cũctꝭ ⁊ q̃d vidiſſꝫ q̃rẽ tibꝰ. ille inqͭt vſurariꝰ quẽ ĩ ſmone publico appellauerã corã deo meo: mõ licet inuitꝰ ad diẽ ꝓpat corã eo mihi ꝑemptorie rñſurꝰ quẽ opoꝛtꝫ me cito ſbſeq̃t accuſem eũ ibi de q̃bꝰ fuerit accuſãdꝰ: ſtatiꝫ emiſit ſpm̃ in hec v̱ba. Tũc illi q̃ aderãt miſerũt citiꝰ cũ feſtinatione nũtiũ ad domũ vſurarij: q̃ q̃ſi ꝑ leucã diſtabat ab illo loco: ⁊ ipm̃ iuenert̃ vitaꝫ iſtã ſubitanea moꝛte in illa hoꝛa qua frater dixerat terminaſſe Et qꝛ in vita ſua nõ perſoluerat debitum iuſtitie: modo exi gitur ab eo in inferno vſqꝫ ad quadranteꝫ nouiſſimũ Reddite igitur debita omni-

 

bus et ſuperioribus et paribus et inferio= ribus prout ſtatim dicetur. Item debem⁹ reddere debitũ inferioribus: q̃ ſũt ſub tri plici differẽtia: qꝛ aut ſũt mercẽnarij: aut ſũt filij: aut paupes mẽdici. Mercẽnarijs debem⁹ reddere integre ꝛ pfecte et ſine di= latione mercedẽ ſuã. Filijs ꝛ familijs debe mus nutrimentũ et diſciplinã. Paupibus mẽdicis debemus miam opoſã. Et int̃ pau= peres: illis quibus debem⁹ plus cõpati q̃ ſũt defũcti qui ſũt in igne purgatorij: qui bus debemus cõpati multis de cauſis: id ẽ ꝓ pter pene quã ſuſtinẽt acerbitatẽ ꝛ diu= turnitatẽ: ꝛ ꝓpter iuuãdi ſe īpoſſibilitatẽ. Et iſtud debitũ ſollicite reddebat quedaʒ mulier bona que totiens quotiens tranſi= bat per cimiterium orabat deuoto corde pro aīabus defunctorum. Et cum oraret ſemel in hunc modum: vidit ſubito īfinitã multitudinem manuũ de ſepulchris egre dientium et directarum ad ſe: quaſi vellẽt eam retinere. Et cum ſequenti die vidiſſet ſimiliter territa fugit ad eccl'iam: rogans deũ vt ſibi oñderet q̃d h' eſſet. Et reſponſũ

eſt enī ꝙ h̄ erant aīe in purgatorio exiſten-
tes ab ea orōnum ſuaꝝ ſuffragia petētes.
Sic ergo patꝫ qualr̄ debemꝰ oībꝰ redde
re debita.i.ſuꝑioribꝰ et paribꝰ ⁊ īferioribꝰ
ita ꝙ ipleat̄ in nobis illđ qđ dicit apl's.ro.
xiij. Nemini quicq̃ debeatis: niſi vt inui-
cem diligatis. Ex p̄dictis patet de t̄tio
debito qđ nos debemꝰ: qđ eſt vnicuiqꝫ ius
ſuū reddere: vt per viā iuſticie ꝑueniamꝰ
ad regnū gl'ie: qđ nobis ꝯcedat dn̄s noſter
ieſus xp̄s qui ē in ſcl'a bn̄dictꝰ amē [De
bemus iniurias dimittere.] Ser.xlix.
T dimitte no.de.no.ſicut ⁊ nos di.de
bi.nr̄is. Quartū debitū eſt ꝙ nos de
bemꝰ dimittere ex corde. Et de hoc viſū eſt
iam in ꝑte. In p̄ncipio huiꝰ petitiōis q̄ dr̄
dimitte no.de.no.ſi.et nos di.de.nr̄is. q̄re
ſup̄ in ſ̄mone.xlvij.vbi ꝓbatuꝫ fuit ꝙ niſi
indulgeamꝰ alijs: dn̄s deꝰ non indulgebit
nobis: et ſi nos volumꝰ vindicari de alijs:
dn̄s exiget vindictā de nobis. Et hoc eſt ꝙ
dr̄ eccle.xxviij. Qui vindicare vult a deo
iueniet vindictā.i.deꝰ accipiet vindictam
de ip̄o qui vult ſe vīdicare de alio. Et ꝙ iſte

ſit ſenſus ptz q2 ſtatī ſeq̄r ibidē. Et pctm̄ il lius ſeruās ſuabit. Et ſeq̄r. Relinq̄ ꝓximo tuo nocenti te: ⁊ tūc deꝑcanti tibi pctā ſol uenr: homo hoī ſeruat iraz: ⁊ a deo querit medelā. In hoīem ſil'em ſibi nō habz miaz ⁊ de ſuis pctīs deꝑcabir altiſſimū: ipſe dū caro ſit generat irā: ⁊ ꝓpitiationē querit a deo: q̄s exorabit ꝓ pctīs illi⁹: Ibidē. Memēto nouiſſimoꝝ et deſine inimicari. No uiſſimoꝝ .i. diei mortis et diei iuditij: ī q̄b⁹ niſi dimiſeris ꝓximis: offenſiones quas fe ciſti: vel per cogitationē ſeu per locutionē aut ꝑ operationē ꝓ oīb⁹ retrudet te altiſſim⁹ eťnal'r in carcerē infernalē Et hoc debitū ſcz dimittēdi ſi volum⁹ nobis dimitti: opti me exp̄ſſit nobis dn̄s ī euā. Mat. xviij. In illa ꝑabola quā ipſe ponit de ſeruo q̄ debe bat dn̄o ſuo decē milia talēta: ꝗ cū dn̄s di miſiſſet ſibi veniā petenti: q2 ꝯſeruo ſuo de bēti ſibi centū denarios dimittere noluit: traditus fuit manib⁹ tortoꝝ q̄aduſqꝫ red deret vniuerſū debitū. Et poſtea ſubiūgit dn̄s quare hoc dixerit dicēs. ſic faciet vob̄ pater me⁹ celeſtis ſi nō remiſerit vnuſq̄ſqꝫ

fratri ſuo de cordib⁹ vr̃is. In hac pabo=
la debem⁹ notare ꝙ pctã q̃ homo cõmittit ĩ
deũ ſignãt noĩe decẽ miliũ talentoꝝ rõne
nũeroſitatꝭ ꝛ põderoſitatꝭ. Nũeroſitatiſ qꝛ
in mltꝭ offẽdim⁹ oẽs: nã ſepties ĩ die cadit
iuſt⁹. Rõne põderoſitatꝭ: qꝛ plerũqꝫ ꝯtĩgit
ꝙ pctã q̃ nos reputam⁹ leuia: corã deo ſũt
valde põderoſa: qꝛ tãta eſt offenſa: q̃ꝫt⁹ eſt
ille qui offendit. i. de⁹ q̃ eſt infinit⁹ ꝛ ĩmẽſuſ
Et iõ pctã nr̃a etiã arene maris cõpant: q̃
eſt ponderoſa ꝛ ĩnũeroſa Vñ Apocalipſis
capitulo. xx. Multiplicata ſũt pctã ſuper
numerum arene maris. Item pctã que ho
mo cõmittit in ꝓximum ſignificantur per
centum denarios: ꝛ propter paucitatẽ nu
meri et propter leuitatem denariȷ̈. Sicut
ergo decem milia talenta ſuperant centũ
denarios et numero et pondere: ſic pecca=
ta que homo cõmittit in deum: ſunt multo
plura ꝛ grauiora q̃ꝫ peccata que ali⁹ homo
cõmittit in alium. Qui ergo non vult ꝓpt
deuꝫ pauciora ꝛ leuiora dimittere: quomõ
ſperat ipſe ſibi dimitti a deo plura et gra=
uiora. Item nota ꝙ dicit in eadem para

bola de cordib⁹ vſis.i.vt a vobis omne vi=
tiū ſimulatiōis. i.patie ſimulate q̄ fit qn̄ hō
mittit ore ⁊ nō corde. Mgr̄ durād⁹.iiij.li.
ſniaꝝ dic̄ ꝙ xͣa patia eſt aliena mala eq̄ni=
mit̄ ꝑpeti: ꝯ eū q̄ mala irrogat: nll'o dolore
morderi. Nā q̄ ſic aliena mala tollerat: vt
ide tacit⁹ doleat: ⁊ vidictā expectat patiaꝫ
nō hꝫ ꝫ ſimulat Igit̄ chariſſimi dimittam⁹
ex corde fratribus nr̄is: vt poſſim⁹ ſecure
dn̄o dicere. dimitte no. de.no.ſic̄ ⁊ nos di.
de.nr̄is. Qd̄ q̄ztū placeat deo ptꝫ ꝑ qd̄dam
exēplū qd̄ iueni ſcriptū ſic. Fuerūt duo
milites q̄ꝝ vn⁹ aliū int̄fecit. Cū aūt filij mi
litis occiſi: diu īſidiati fuiſſent int̄fectori:
tādē in die paraſceue q̄ ē veneris dies ſctā
ip̄m ſolū in nemore eūtē ad quādā eccl'am
repierūt Tūc p̄mogenit⁹ ſciens eū i armis
ſtrenuiſſimū: euaginato gladio: p̄ueniens
ceteros īſecut⁹ ē eū. Quo accedēte ad eū:
miles de equo deſcēdit: ⁊ ꝓiect⁹ armis ſuiſ
ait ei. cū poſſē me defendere tn̄ ob amoreꝫ
illius qui hodie mortem in cruce ſuſtinuit
et noluit ſe defendere nec comminari nec
ꝑcutere: malo hodie īterfici q̄ꝫ ꝑcutē. Quo

audito ille flex⁹ ad miam de equo deſcēdit ꝛ oſculans eū ait: ꝛ ego amore illi⁹ q̄ hodie mortē ſuā īdulſit: et ꝑ inſ̄fectorib⁹ ſuis in cruce orauit: mortē pr̄is mei tibi īdulgeo. Et venientes fratres ſuos ꝛ ſocios a pſecutione illi⁹ cōpeſcuit. Cūqꝫ illa die ad adorā dam ſctām crucē introiſſet in eccl̄am ꝛ vellet oſculari pedes crucifixi ſicut faciebāt aliȷ̄. crucifix⁹ deponēs brachia ſua et ꝛ iclinans ſe ad illū: amplexat⁹ eſt eū et oſculatus. Et cum ceteri mirarenſ̄ ſuper hoc ait eis: qꝛ hodie īdulſi amore ieſu xp̄i mortem patris mei. hodie dn̄s ieſuſ xp̄s mihi pctā mea indulſit: ꝛ in federis ſignum: ſe mihi tradidit oſculandū. Ex p̄dictis ergo ptꝫ de quarto debito qď eſt iniurias ex corde dimittere. Rogem⁹ dn̄m vt det nobis gr̄aꝫ ita dimittēdi aliȷ̄s: qꝫ ip̄e pctā oīa dimittat nobis amen. [Debem⁹ carnis delectationes fugere.] Sermo. l.

T dimitte no. de. no. ſi. ꝛ n. di. de. nr̄is

Quītū debitū p qď ordinaſ̄ homo ad ſeip̄m: eſt carnis illecebras. i. delectatiōeſ illicitas fugere. Et de hoc debito dič apl̄s

 

